UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Homilia XXI. De Prophetis In Patria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52962

Visual Library

HOMILIA XXI.

DE PROPHETIS IN PATRIA.

Tertio die Lunæ Quadrageſimæ.

Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: medice cura teipſum. Luc. 4.

☞ 1 COmmentator vitæ Chriſti D. Luc. nobis hodie enarrat exonerationem ac plenariã ſatisfactionẽ, quã Chriſtus querelis ſatisfecit ſibi à compatrioris ac conciuibus obiectis ſcilicet Nazarenis, ex eorum opinione optimè fundatis, nimirũ, cũ eſſet Nazareth eius patriæ ſolũ, vbi conceptus, vbi fuerat enutritus, illam tamen deſereret aliò migraret, impertiret beneficia peregrinis, miracula patraret alienis in regionibus obſtupenda, nominatim Capharnai: ni fallor hoc illi obiiciunt, quod credimus alios Xaloni fluuio exprobrare? (a) O Xalon ingrate fluui, ſcaturis in Caſtilia, & rigas Aragoniã. Vt autẽ illis plenariè Chriſtus ſatisfaciat, citat illos in iudicium & veriſſimã nec non clariſſimã ciuibus ſuis proponit rationẽ: ex parte ſua nihil ſubeſſe cur ipſe ex ſe patriæ ciuibuſque ſuis parcus deeſſet. Sed quod ipſi in illum peccarent, qui cũ primo honore illum deberent excipere, illi econtra eſſent, qui nedum propriũ ciuem non honorarent ſed inſuper & expanſis velis inhonorarent, iamque apud eos mos increbuiſſet, honori derogare, & vilipendere prophetas ſibi connaturales quos alienigenæ verebantur ſtudiiſque proſequebãtur: qua de cauſa prophetæ pluribus colebant beneficiis peregrinos, quàm municipes. Duorũ probat exemplo Prophetarum quos fama ſanctitatis reddiderat notiſſimos, Eliæ, ac Eliſei, qui ambo à propriis reiecti conciuibus, ab alienigenis fuere mirum in modũ decorati, quapropter illis beneficia conferebant quæ ciuibus ſubtrahebant. Cum enim multæ eſſent viduæ in regione patriaque Eliæ, ad nullũ earum miſſus eſt Elias beneficia largiturus, niſi ad procul diſſitam in Sarepta Sidoniorum. Pariter, cum in Iſrael prope innumeri lepra macularentur vbi morabatur Eliſeus, eorũ mundauit neminem ſed non niſi vnum aliquem qui de Syria terra longinqua feſtinus accurrebat. His Nazareni conuincuntur, at non cõuertuntur, non corriguntur, non reſipiſcunt, quinimo diabolico ſpiritu commoti, ac Erinnide infernali furibundi, in Chriſtum vnanimes inſurgunt, & populari ſeditione comprehenſum, ad montis ducunt ſupercilium, ſuper quem ciuitas eorum erat ædificata in ima præcipitandum. At non illis permiſit Chriſtus, ſuum implerent pluſquam diabolicum facinus: vt enim ad locũ venit præcipitij, tumultuantium vires enerLauit, vt illum nec præcipitare deorſum, nec detinere potuerint retineri recuſantem, quinimo tranſiens per medium illorum, diſcedebat, illos illi relinquens, cuius erant. Diuinæ placeat bonitati ne nobis nos relinquat at ſua nos diuina foueat gratia, illam igitur cœlorum Principis interceſſione poſtulemus, eandem ſalutantes. *Aue Maria.*

(a) Xalon Xalon Rio traydor que naces in Caſtilia, y riegas a Aragon.

§. 1. *Sequuntur ſæpe numero hominis hoc dictum. (a) latro & tu peior: cum enim poſſit Deus conqueri, ipſi de Deo conqueruntur.*

(a) Ladr... y no maior.

1 EXpendit D. Hier. rara quædã Domini verba apud Iſaiã, quibus eleganter & neruosè declarat ingratitudinem, & extremam impudentiam, quã Deum populus irritabat. Primũ ampliſſimum enumerat beneficiorum catalogũ, quibus fuerat illum complexus, de ſeruitute liberans Ægyptiaca, terræ promiſſionis firmans poſſeſſorem, terræ inquam fertilis adeo, vt de ea dicatur, quòd lacte & melle manet, in ea plantans, vt vineam ſibi chariſſimam, quidquid neceſſarium,

D. Hier. In cap. Iſaia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I. Quæ ſit is grati- tudo ma- ximal

ceſſarium erat,abundè ſubminiſtrans, dans legẽ, templum,ſacerdotes,ſacrificia, prophetas,opes, dignitates,delicias, quidquid denique poſſet anima deſiderare. Confeſtim autem oſtendit & eorum adfert ingratitudinem, qua Dei erga ſe non imitabantur officia, & ad finem illam myſteriosis ac grauiſſimis indicat ſententijs. Quas D.Hier.interpretatur. *Exſpectaui vt faceret iuſtitiam,& ecce iniquitas; iuditium & ecce clamor.* (Iſai. 5. 7.) Quando paria meritis ſperabam officia: referunt,meiſque objiciunt oculis *Ecce*, calumnias, & non tolerandas iniurias: pro eo vt mihi ſamularentur,grauiter offendunt,quando præſtolabar, vt ſaltem criminum ſuorum conſcij quibus bonitatem meam acriùs prouocarant, iudicijſeruarent æquitatem, veniam ſupplices rogarent,proſiliunt querulòſi, beneficijs obtrectãt. *Ecce clamor.* Clamor querimoniam indicat benè fundatam contra aliquem, qui te iniuriâ laceſſiuit, clamor hic ex graui naſcitur dolore, cordiſque perturbatione, proinde vocibus exprimitur elatioribus, de quo loquitur Apoſtolus (inquit D.Hier.) iræ, verbiſque connectens illum incompoſitis: *Omnis amaritudo, ira & indignatio, & clamor & blaſphemia.* (Ephes. 4.) Vnde principium inuenit illud quod vulgari noſtro circumfertur idiomate.(a)Explico: Mecum egerunt eo modo, quo dicitur latro,& tu nequior:(b) ſimiliter & illi conformiter quod dicis:(c)vltra verbera,pœnitendum.

(a) Clam, ... (b) Ladró, ... (c) Sobre ... palo pe- nitencia.

Quoſdam inuenies adeo deteſtandos, quibus cum tuam voluntatem ac beneuolentiam,quandocumque res tulit, oſtenderis, quando maximam ab illis gratiam exſpectas,adſunt tibi grauiſſimi calumniatores,& dum nihil aliud cogitas quàm eorum humilem pro commiſſis ſceleribus veniæ deprecationem,ecce contra te queritant,grauiter expoſtulant,quaſi à te ipſi tuliſſent iniuriam.

II. Querelæ iniuſtæ.

Hanc cape ſimilitudinem.per plateas lutoſo tempore progrederis, & ecce occurrit tibi quiſpiam tanto furore, qui tam potenti te feriat impetu, vt medius in lutum decidas. Si ille te cernens cadentem, acriter ſtomacharetur, vociferaretur, lamentaretur(d) ædepol,cur me ferox impuliſti lutoque demerſiſti, quid diceres? Numquid tu mihi iniuriam intuliſti, mihi iuſtæ ſunt de te querelæ, & tu me reus accuſas?Gerit alter gladium ora ferrea vagina nudum, acumine extrapendente, tu illi approximans,in ferrum incurris, quo crus tibi vulneratur.Si ille cõtra te expoſtularet,ac vociferaretur. Hominum ſtupidiſſime, qui neſcis quo pergas, enſem meum offendiſti,quid diceres? Nonne tu ille inſulſus,quem iuſtiùs accuſem, qui gladium præter morem geris, ac in mei detrimentum, & contra me tu lamentaris? (a) hoc eſt latro,tu quoque nequior.

(d) Cuer- po de tal.

(a) *Eſſo ſobres palos pœnitentia.*

An dari nequitia poſſit inhumanior, quærit Dominus, quàm ea, quâ me populus exacerbat? Cum ego mille motus rationibus de illo poſſem iuſte lamentari, cum ipſe paria meritis non retulerit, nihilominus ipſe de me prior querelas deponit, arguens, quòd ipſi prior defuerim? Nequior non videtur eſſe poſſe malitia: de hac quoque hodie notantur municipes Chriſti Nazareni.

III. Ingratitudo Nazarenorum.

Bene meritus erat de illis Chriſtus,donis auxerat,ſtudijs & beneficiis cumulatiſſimè præuenerat, at Gethis ingratiores,quorum officium erat Domino ſeruire, eum colere,abſit vt hæc fecerint, econtra notiſſimis eum exceperunt iniurijs & calumnijs detraxerunt; denique ſuper hæc omnia qui delicti rogare debuerant ab offenſo remiſſionem, cordibus tumultuoſi proſiliunt, grauiſſimas illi ingratitudinis cauſas objicientes, quod ſaltem legem naturæ patriæ debitã non obſeruaret,quòd natali ſolo crudelis illi talia negaret obſequia qualia ciuitatibus alijs,terriſq; peregrinis præſtabat quã plurima & potentiæ ſuæ miracula ac miſericordiæ beneficia exteris conferret etiã nõ rogatus, quæ negaret indigenis ſæpe poſtulatus.Hanc diluere vult Chriſtus objectionẽ, demonſtrans ipſos eſſe,qui primi delinquãt,& legis iura violent in illum inhumani, non ipſe illis deeſſet ingratus & hoc tam euidenter, vt ipſos iudices in propria cauſa ſtatuat, ipſi ſentẽtiam ferant,& teſtes ſint veritatis: *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem. Medice, cura teipſum; Quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic patria.* Amodo veſtras intellexi de me querelas, quas creditis mihi poſſe retorquere,velut medico expertiſſimo, qui neglectis propriæ domus languentibus,totus eſt in curandis infirmis aduenarum.Quia Capharnai multos curaui à languoribus,mirabilia ſum operatus,immemor verò Nazareth, patriam meam & quaſi domum meam nullo patrato miraculo præteriui.Quantum conijcio hoc mihi prouerbium obiicietis (a) in domo ferrarij, minus aptum inſtrumentum.Attamen in veritate dico vobis,iuſtior mihi longè de vobis eſt querela quia nec in minimo honori meo detraxerunt aduenæ nec, vobis ſimiles iniuriis prouocarunt, qui cum mei ſitis conciues, officij veſtri fuerat, condignam acceptis beneficiis reddere gratiam, & vos præſtare beneuolos.

(a) *En la caſa del herero el peor apero.*

§. 2. Vtique dicetis mihi. *Strictior incumbit obligatio conterminis benefaciendi, quàm peregrinis, & patriæ, quàm exteris regionibus.*

4 VT huius hiſtoriæ ſpiritum noueritis, expendamus querelam, quâ Chriſtum indigenæ, ac concives aggrediuntur: videtur enim ſolida nixa ratione. Non eſt, quòd dubites; ex lege naturæ tenetur quis potius ſuis quã exteris benefacere, & tantò magis eorum cuique quantò illi eſt ſanguine propinquior. In tota natura omne agens, primò, ac principaliter ſuam participat virtutem, & operatur in magis vicinum efficacius. Ignis tantò fortiùs, & primò ſuum communicat calorem paſſo quantò illi eſt propinquius. Aromata primò & copioſiùs in vicinum aërem exſpirant ſuauiſſimum odorem. Fons ille, quem diuino Deus conſilio creauerat in paradiſo, primò circumiacentem irrigabat regionem, ex qua ſcaturiebat, deinde profluebat in quatuor diuiſus capita, ceteras ac remotiores terras irrigaturus. Hinc Theologi cum D. Thoma prædoctore cõcludunt, quòd in æquali cauſa, ſtrictiori vinculo quis teneatur fauere, bonaque ſua diſtribuere proprijs quàm extraneis, & illis quidem tantò magis, quantò fuerint coniunctiores. Hoc D. Paulus illo loquendi modo definit: *Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt? Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Qui ſuorum maximè domeſticorum, curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Quiſque ſuis, & inter illos, propinquioribus ſtrictiùs obligatur, quos D. Paulus domeſticos dicit: *Maximè domeſticorum:* qui verò his defuerit, in fide deficit Chriſtiana, naturaque paganorum, fidem negauit, & eſt infideli deterior. His congruam ex D. Chryſoſtomo proferamus interpretationem: *Curæ nomine, prouidentiam animæ corporiſque ſignificat: hæc enim cura eſt. Qui verò ſuorum, & maximè domeſticorum, hoc eſt genere ad ſe pertinentium, curam non habet, infideli, inquit, deterior eſt. Nam ſi quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aſpernatur, quo pacto erit in alienos clemens? Nonnè veritatis iudicio omnium erit obnoxius ſi alienos beneficijs fouens propinquos ſumma immanitate deſpiciat? Eſt, inquit, infideli deterior: quia ille, & ſi alienos deſpicit, propinquos tamen nequaquam aſpernatur.*

Gen. 2. 10.
2. 2. q. 26. ar. 8.
1. Cor. 5. 12.
Ad Gal. 6 10.
1. Tim. 5. 8
D. Chr. Ho. 14. in 1. ad Tim. Tom. 4.

Ad rem noſtram mandatum expendit diuinum, Iſaiæ præſcriptum: *Carnem tuam ne deſpexeris:* quod ſimiliter expendunt D. Cyprian. a. D. Auguſtin. b. legit D. Chryſoſtom. *Domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris.* Hoc (inquit D. Chryſoſtom.) præceptum eſt dominicum, vnde huius transgreſſor, aliquo modo dici poteſt, in fide defeciſſe, & ſicut de tali ſenut Apoſtolus, *Fidem abnegauit. Quomodo? quia Deum ſe verbis ſcire confitetur, factis autem negat. Quid enim præcipit is, cui credimus Deus? Domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris.* Inde transgreditur D. Chryſoſtom. & potentes diuiteſque monet, ſciant ſe propinquis, & affinibus, quàm alienigenis ſtrictiùs obligari, proinde prius illorum, quàm extraneorum ſubueniant indigentiæ: *Cogitemus iſta qui pecunijs parcimus, propinquoſque deſpicimus, Deus nempe idcirco vincula propinquitatis inſtituit, vt multiplex ſubeſſet occaſio nos mutuò diligendi, beneficijſque confouendi.* Num tibi ſunt diuitiæ? num fulges auctoritate? Illam communica ſed iuſtè, primò propinquis, & patriæ: hoc enim intimauit pſaltes regius, eum eſſe aſſerens beatum, qui bona ſua cum iudicio diſtribuit indigentibus: *Iucundus homo, qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio.* Græcè verbum *Diſponit*, ſignificat, vt œconomus diſponere, qui vt fidelis ſit, bona diſponere debet in iudicio, pondere, & ratione, perpendens ſe quibuſdam magis, quàm alijs eſſe obligatum, domus familiaribus magis quàm extraneis. Hinc (notante Lyrano) principium ſumpſit illa Tobiæ ſenioris aduertentia: cum enim die ſolemni magnificum domi celebraret conuiuium, inuitatum miſit non peregrinos ſed contribules ſuos: *Vade & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum.*

Iſa. 58. 7.
a Lib. de Orat. Dom.
b Lib. de doctr. Chriſt.
11. Propinqui quàm extranei prius iuuandi. D. Chr.
Pſ. 111. 5.
In c. 2. Tob.
Tob. 2. 2.

Ex hoc cernimus, viros meritis inſignes ſingulari cura ſuorum ſtuduiſſe ſaluti, & ſe totos eorum impendiſſe beneficijs, magis multò quàm exterorum. Ita conſiderat D. Chryſoſtom. quantũ magnus ille fidei patriarcha Abraham pro Lot nepote ſuo laborarit, qui Sodomis morabatur. Viſitat Deus Abraham ſub trium Angelorum habitu, præmonet, ſe Sodomam ea tendere cogitatione, vt vltricibus tradat flammis exurendam. Vt igitur eum vidit Abraham Sodomam verſus feſtinantem, detinet, alloquitur, deprecatur: O Domine ſiſte parumper gradum, edurum nimis ac ſeuerum cenſeo, te totam hanc perdere ciuitatem: cum & aliqui ibidem iuſti commorentur, quos æquum eſt terribili excludi ſupplicio: *Abſit hoc à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio.* Patriarcha paupe-

Hom. 42. in Gen.
II. Exemplis probatur Sanctorum.
Gen. 18. 25.

D. Chry. pauperem. *Quid opus habet tua exhortatione*
Dominus? Ne mireris, reſpondet D. Chryſo-
ſtom: erat illi Sodomis nepos, filius fratris ſui:
vt autem audiuit à Deo Sodomam euertendam,
ilico ſalutis nepotis ſui ſtudioſus intercedit,
Propter fratris filium. Moyſes in montis licet
cacumine conſtitutus, ſupplex nihilominus pro
populo Deum deprecatur, attamen peculiariter
Deut. 9. pro fratre ſuo Aarone; pro cuius ſalute tam fer-
10. uentes piaſque fudit preces quibus ab eo & ſup-
plicium & mortem auerteret, cum ipſe peccato
populi plus ceteris eſſet irrodatus, vt ipſe morti
proximus apertiùs declarauit.

Iuſt. 87. De eodem laudat D. Aug. Apoſtolum ipſa e-
Rom. 9. 2. ius verba conſiderans: *Triſtitia mihi magna eſt,*
& continuus dolor cordi meo: Optabam enim ego
ipſe Anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt
cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.
Nec hoc vobis magnum eſſe videatur (inquit D.
Chryſoſtom.) quòd Apoſtolus ita doluerit I-
ſraelitarum interitus, cum & ipſe Chriſtus ex
eorum damnatione tantam animæ moleſtiam
contraxerit quam qui vel maximam. Vide
paſſionis hora nunc imminente proteſtatur:
Matt. 26. *Triſtis eſt anima mea, vſque ad mortem.* Videbat e-
38. nim quoſdam ſua paſſione condemnandos. Sic-
ut autem ex lege naturali & naturæ ordine quis
tenetur propinquis potius quàm extraneis auxi-
III. liari, ſic & patriæ ſuæ magis quàm exteris ci-
Patria ce- uitatibus ac regionibus. Abraham licet Dei præ-
teris regionibus cepto obediens patriâ diſceſſerit, in qua multæ
exteris illi corporis & animæ parabantur inſidiæ, ab e-
præfe- ius tamen amore non deferbuit: inſuper hoc
renda. voluit, vt Iſaac filius nullam ſibi matrimonio
copularet, niſi ex patrio ſolo progenitam, pro-
Gen. 24. inde ea mente miſit Eliezer domus ſuæ procu-
ratorem tali mandato adiuratum quale nobis
Spiritus S. ſpecificè deſcribit Iacob Patriarcha,
Gen. 47. licet Ægypto moriens hanc tamen erga pa-
30. triam teſtatus eſt dilectionem, Ioſeph filio ſuo
ſub iuramento præcipiens, vt corpus ſuum e-
mortuum tolleret atque in patriam deferret ſe-
peliendum. Hoc idem ipſe Ioſeph fecit, man-
dauitque fratribus, ne corpus ſuum ſinerent in
Gen. 50. Ægypto requieſcere, ſed inde demigrantes illud
24. ſecum aſportarent, ad proprium in patria mau-
ſolæum. Quo igitur melle fluit vna regio quàm
altera copioſiori? quæ maior difficultas in die
iudicij veniendi ad vallem Ioſaphat ex vna re-
gione quàm ex altera? ſuum teſtari voluit amo-
rem quo patriæ afficiebatur, naturalem, quam
ſemper in corde gerebat viuens, vt moriens
eam corpori ſociare deſideraret. Nec hunc tan-
tum erga patriæ ſolum amorem teſtantur San-
cti viuentes, ſed etiam iam mortui. Sic no-
bis enarrat Spiritus Sanct. viſionem Iudæ
Machabæi, dum enim populus ad extremas
eſſet redactus anguſtias, vrbſque Hieruſa-
lem periclitatur non mediocriter, vidit hic O-
niam ſacerdotem, iam pridem defunctum, in
limbo SS. Patrum detentum, ac Hieremiam
ſupplices Deum pro populo pro S. ciuitate Hie- 2. Mach.
ruſalem exorantes; de quibus fauente Deo die vlt.
Iouis.

Ratio verò ea eſt, quam S. docet Theologia,
quòd gratia non deſtruat naturam, ſed perficiat,
cum autem patrum, amicorum, patriæque amor
ex ipſa ſcaturiat natura, in viris operibus pieta-
tis commendatis per diuinam gratiam non a-
mittitur. Si verò dum adhuc viuunt tanto pa-
triam complectantur affectu, multò magis dum
beati triumphant, in cœleſti gloria quam Theo- IV.
logi dicunt gratiam conſummatam? Quocirca Ratio de-
ſinguli animo non vulgari mouentur & pro ducitur
patria Deum deprecantur. Et ſi hæc ab ipſis ex D.
peragantur in valle miſeriarum, multò praſtan- Thoma.
tiùs (inquit D. Bernard.) id exequentur dum loco *Ser. in vi-*
gaudent miſericordiarum. Hanc ponderat D. *gil. Apoſt.*
Hieronym. rationem, quâ Sanctorum in cœlis *Petri &*
pro nobis probat interceſſionem, qui hoc mun- *Pauli.*
do detinemur. *Ep. aduer-*

Hoc ita verum eſſe colligimus, vt etiam phraſi *ſus Vigil.*
loquendi Spiritus S. coniungantur, Dei legem, 6
patriamque defendere, & Deo famulari & pa-
triæ. Sic illa notatur phraſis: *Pugnare pro Deo &* 2. Mach.
pro legibus, & pro patria. Hoc autem ita apud 14.
Gentiles inualuerat, vt Ariſtoteles quædā com-
munia referens prouerbia, hoc quoque recen-
ſeat: *Pugnare pro patria, optima auis.* Negotiis 2. Rethor.
ſuis præmittebant infideles auguria, quod ſi c. 2.
ſpeciei eiuſdem aues aduerterent, conſolantes,
de proſpero non dubitabant ſucceſſu, diuerſæ
ſpeciei: auertat Deus omen infauſtum. Nullum
certius quo facinus conſtat eſſe & honeſtum, &
bonum, auguriū quàm illud fieri pro patria. Sic
probat D. Thom. quemadmodum ille cenſetur, 2. 2. q. 103
impius qui patrem deſpicit, ſic & ille qui pa- ar. 2.
triam. In cuius confirmationem multa producit
ex D. Aug. aliiſque philoſophis argumenta. Ex
hoc amore dolor ille profluit quo quis patria, *In opuſc.*
ac ciuitate ſua extorris affligitur; oriturque *de Regim.*
gaudium, quando hoc ſoluitur ex illo. Rex patet *Princi-*
in Iſraelitis: vt enim in Babyloniam captiui du- *pum.*
cebantur: *Euntes ibant & flebant;* at in patriam
reduces, tanto perfundebantur gaudio, vt quaſi
ſui impotes eſſe viderentur. Hoc enim Dauid
inſinuat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pſ.125.1. inſinuat his verbis: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus, ſicut conſolati, tunc repletum eſt gaudio os noſtrum &c.* Declarat inter ſeptem Græciæ ſapientes vnus de numero Bias, qua quis obligatione patriæ deuinciatur dum ait, quod qui neglectâ patriâ, peregrinis eſt beneficus, tanti criminis reus arguatur, quanti ille qui proprio contempto campo ſeminat & abundantiſſimè laborat, ſudatque meſſi alienigenæ. Cum hæc ita ſint optimè fundata videtur querela Nazarenorum contra Redemptorem: *Quanta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua.* Dicitur Nazareth patria Christi, non quod ibi tamen natus ſit. (Cum in Bethlehem natum affirment Euangeliſtæ) ſed quòd ibi conce-

Luc.4.16. ptus ac enutritus: *Vbi erat nutritus* ait D. Luc. quia poſtliminio reuerſus ab Ægypto à ſeptennio ſuo *Habitauit in Nazareth.* Quamobrem (ſic

Ep.77. ad Magiſt. Hugonem ad finem. Matth.2.23. exponente D. Bern.) potuit Euangeliſta completum Sanctorum Prophetarum dicere vaticiniū: *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Perambulabat Chriſtus Galilææ ciuitates, omnibus vtilis languentibus medicus efficaciſſimus præſertim verò Capharnai ſua prodigus miracula, donaque effundebat, leproſos mundando, dæmones eijciendo, mortuos reſuſcitando &c. Nec rationi videtur diſſonum quòd illum arguant eius, quòd ex lege naturali patriæ debebat, quam nullo honorabat miraculo, nullo lætificabat officio, teſtibus Euangeliſtis, qui non vulgari hoc exprimunt loquendi modò: quòd *Non poterat ibi virtutem vllam facere.*

§. 3. Quanta audiuimus. *In patriæ ſuæ beneficium, non in ea Chriſtus cœpit patrare miracula.*

☞ 7 VErū enim vero nullâ nititur ratione contra Chriſtum querimonia Nazarenorum: non enim ipſe contra municipes ſuos delinquit, quinimo, & ipſe contra eos iuſtè poteſt expoſtulare, cum illi muneri ſuo defuerint inhumani. Duo hæc probat dilucidè Chriſtus hoc in Euangelio. Primū: nullatenus patriæ Saluator noſter defuit. Sit ita, Chriſtum magis fuiſſe patriæ, quàm cæteris regionibus obligatum: in rei tamen veritate, obligationi ſatisfecit, eo quo poterat modo: quia vſque modo pro illa ſola ita

I. laborauerat, ac pro omnibus coniunctim. Per-

In patriā Chriſti beneficia lege Euangeliſtas. Morabatur Chriſtus in Nazareth vt quilibet de communi grege vſque ad triginta ætatis annos. Vt primum ad illam acceſſit quam Pater ſuus decreuerat, eſſet illa ætas qua prodiret ſe mundo manifeſtaturus, primò tendit ad Iordanem à Ioanne Baptiſta baptizandus, vbi Pater illum mundo cœpit declarare, eſſe videlicet filium ſibi chariſſimum, quem mittebat orbi præceptorem, vnde aperti ſunt cœli, deſcendit Spiritus Sanct. corporali ſpecie ſicut columba ſuper eum; & vox Patris intonuit: *Hic eſt filius meus dilectus.* Confeſtim ad deſerta receſſit, quadrageſimale celebratus ieiunium, continuæ inſiſtens orationi, ac in arenam deſcendens, diabolum prouocat ad monomachiam, hoc indicans, quod heri diximus, aduentus ſui hanc primariam eſſe intentionem, mundo diabolum exturbare: proinde fuit hoc quædam velut inimici ad bellum prouocatio. Deinde & altera vice repetijt Iordanem vbi denuo à Patre mundo manifeſtatur, voce præcurſoris glorioſa, quem vt vidit hic aduentantem, altiùs exclamat: *Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi Hic eſt de quo dicebam vobis: quia poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam &c.* Ioan.1.

Poſtmodum aliquos ſibi in diſcipulos adſcripſit, quorum principili fuerunt D. Andreas, & Philippus, qui D. Ioanni Baptiſtæ primitus adhæſerant, quibus ſucceſſit D. Petrus, & alij nonnulli; cum illis abijt in Cana Galilææ ac celeberrimis illis interfuit nuptijs, quas primò dignatus eſt miraculo coram diſcipulis ſuis, aquæ in vinum conuerſione. Erat autem Cana Nazareth adeo contigua, vt ipſa virgo Sanctiſſima Maria Mater Dei nullo negotio potuerit adeſſe, & illis intereſſe inuitata nuptijs, cum alijs ſibi cognatis, quos D. Chryſoſt. opinatur fuiſſe D. Iacobum minorē, Iudam Thadæum Chriſti conſanguineos, matriſque ſuæ conſobrinos: Nō diu poſt cum proximum eſſet Paſcha aſcendit Dominus Hieruſalem, vt illud paucis comitatus diſcipulis celebraret, demoratur hic in templo Salomonis, vtique loco mundo ſacratiori, quo maior populi concio confluebat, tempore ſcilicet Paſchatis, ſeipſum, quis ſit manifeſtat, animoſo illo facinore, quod Iudæis numquam excidit de memoria, dum eorum nihil veritus ſeditionem, mercatores velut canes flagellis è templo profligauit, vt dicendum erit die Lunæ proximo. Hinc redit Galilæam impulſu agitatus Spiritus S. particulari quod Euangeliſta non ſubticuit: *Regreſſus eſt in virtute Spiritus S. in Galilæam.* Nempe ſuperiorem. Luc.4.

Binæ etenim erant Galilææ, vna ſuperior quæ euntibus Hieruſalem inter occidentem

&

II. Duplex erat Galilæa.

& ſeptemtrionem, ad dexteram ſita erat. Hic mare alluebat, idcirco dictum mare Galilææ, ad cuius oras erat Bethſaida, patria D. Andreæ & Petri, pariter & Capharnaum vrbs illuſtriſſima, de qua ſic Chriſtus: *Tu Capharnaum vſque ad cœlum exaltata.* Ciuitas enim erat populo frequentiſſima, & emporium notiſſimum. Hanc dicebant Galilæam Gentium, eo quod plurimi gentiles haberent in ea domicilium, quam Salomon conceſſit Hiram: *Secus mare Galilææ gentium,* inquit Iſaias. Aliam vocabant Galilæam inferiorem, quæ ad ſiniſtram verſus partem maris Mediterranei ſituabatur, quæ inter cæteras prouincias à Iudæis vilius habebatur, de qua ex eorum opinione, boni aliquid poſſe naſci non arbitrabantur, vnde dicebant: *A Galilæa propheta non ſurgit.* In hac Prouincia continebantur Nazareth & Cana Galilææ. Egreſſus igitur Chriſtus Hieroſalem & Iudæam, declinans ad dexteram, verſus Galilæam tetendit ſuperiorem, hocque fuit iter, quo tranſijt Samariam, illa mirabili conuerſione Samaritanæ mulieris nec non vrbis Sichar decoratam: de qua die Veneris loquendum. Ingreſſus regionem Galilææ ſuperioris, ad mare ſeceſſit, cuius littora perambulans, de mari vocauit Petrum, Andream, Iacobum & Ioannem quos licet prius in ſcholam ſuam diſcipulos admiſiſſet, vſque tunc tamen ſe illi totos non conſecrauerant; rerum omnium (vt modo fecerunt) abnegatione, ſemper poſt hac eius veſtigijs inhærentes. Quibus iam collectis aſcendit in montem, vbi concionem illam habuit de perfectione perfectiſſimam, & de monte deſcendens tot mirabilia cœpit operari, vt fama nominis eius per vniuerſam extenderetur regionem, vſque Syriam, Decapolim, Tyrum, & Sidonem, teſtibus Euangeliſtis.

Matt. 11. 23.

3 Reg. 9. 11. Iſai. 9. 1.

III. Referuntur Chriſti beneficia alijs conceſſa regionibus.

Denique Capharnaum profectus eſt, quo dum pergeret in itinere prodigioſo miraculo, filium curauit Reguli moribundum, quo Pater, totaque familia in Chriſtum credidit, & illico Capharnaum intrauit, vbi diuina virtute puerum Centurionis à mortali febri ſanatum reſtituit incolumitati, nec non iam defunctam filiam Principis ſynagogæ ſuperas reuocauit ad auras, quo paſſim diuulgato miraculo: *Exijt fama hæc in vniuerſam terram illam:* ſcribit Matth. hic peſtilentiales ſocrus Petri febres ſtans ſuper eam repreſſit; de quibus die Iouis ſermonem habebimus, & innumeros ægros, quotquot erant impoſitis manibus integros remiſit, dæmoniacos quam pluſimos liberauit, vt & ipſi dæmones præcones Chriſti diuinitatem, virtutemque vel inuiti proclamarent. Continuo hinc verſus Galilæam inferiorem capit iter, nominatum autem ſolum ingreditur natale Nazareth, & peractis non minimis ſignis ipſam ingreditur ciuitatem: *Venit Nazareth, vbi erat nutritus.*

Matt. 9. 26.

IV. Ratio ſignatur cur Chriſtus in patria miracula non ediderit.

Inferes, ergo tantò erat iuſtior Nazarenorum de Chriſto querimonia: Requirere enim ordo videbatur rationis, vt patriam ſuam prius tantorum redderet bonorum participem, & in illa, & ab illa inciperet potentiæ ſuæ opera patrare adeo prodigioſa, quibus Nazareth toto facere celeberrimam mundo ciuitatem. Noueris igitur, nullam in Chriſto nedum fuiſſe maleuolentiam, quinimo hoc ipſo bene fuit de ciuitate patriaque meritus; actus fuit miſericordiæ, pietatiſque beneficium: Omnium nouerat renes & corda Saluator, viditque ciuium ſuorum animos pertinaces, & cæteris omnibus recipiendis eius beneficijs incapaciores, & ne in eum crederent obfirmatiores, intantum, vt auditis, quæ fama vulgauerat, miraculis, ipſas vincerent duritie rupes ceruicoſi; parum eſt quod in illum non crederent, illum vt redemptorem non reciperent, inſuper & iniurijs affixerunt, vt diceımus, eo vſque, vt tantam eorum fuiſſe referat Euangeliſta peruicaciam, quæ ligare poſſet, ſi ligari poſſint ad efficienda miracula plenipotentes manus Redemptoris: *Non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum.* Quid adhuc? *Mirabatur propter incredulitatem eorum.* Etiam atque etiam præfrictam eorum ſtupebat ipſe voluntatem.

V. Quod explicatur ſimilitudine medici curantis ægrotũ.

Quando medicus curare intendit languentem, quem crudi, ac maleuoli detinent humores, inde non incipit infirmum curare, vt illi continuo præſcribat purgationem vacuandis humoribus aptiſſimam: illos etenim magis irritaret, & redderet obſtipiores. ſed illos primum diſponit, emollit fomentis, apozematibus, medicis potionibus, & hoc eſt agere, quod ad infirmi ſpectat valetudinem: Erant corda Nazarenorum obſtipa, refractaria dignitati, fideique Saluatoris, nec illum recipere, nec reuereri dignabantur: quia illum educari viderant vt vulgarem loci municipem, nullius fortunæ, ſortis infimæ, litteris non inſtructum, ſcholas non frequentantem, ignobilem, qui præter inſtrumenta fabrilia quibus ſibi Ioſeph victum lucrabatur, quem patrem eius credebant, nihil nouerat. Deinde ita in ſuſcepta voluntate Chriſto detrahendi, famamque eius denigrandi perſiſtebant, vt ex eminentioribus eius miraculis euaſerint ceruicoſiores, vt ipſa patriit experientia. Hinc igitur exorditur, hoc primum eius

opus apozemata præmittit, miraculorum famam, quæ alijs in regionibus ediderat, vt hæc ad eorum aures perueniat, quâ paulatim quid altius, quàm prius, de Chriſto ſentirent, atque in eis vehemens accenderetur illum videndi, colendique deſiderium.

§. 4. *Famâ miraculorum apud alienigenas patratorum ſuam voluit Chriſtus præparare ciuitatem, ſicut cum populo ſuo fecerat, cum Aſia & Bithynia.*

☞ 9. HOc igitur cum patria ſua Chriſtus effecit, quod vates prædixerat Abacuc, qui modum declarans quo Dei filius factus homo ſe mundo manifeſtaret, & quis eſſet, aperiret, hunc futurum præſagit quod nempe mundum prodigiorum fama præuolante diſponeret: *Ab-*

Abac. 3. 5.

ſcondita eſt fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Nomen hoc *Mors* in Hebraico eſt *Dabar*, quod ſignificat verbum, rumorem ſeu famam, vt notat Theodoretus, Septuaginta legunt: *Ante faciem eius ibit verbum.* q. d. in mundum veniens ſuam abſcondet virtutem, fortitudinem, Maieſtatem, Diuinitatem, ſuam celabit eſſentiam, eam verò manifeſtaturus, famam de ſe præmittet ſuorumque ſparget rumorem miraculorum: *Ante faciem eius ibit verbum.* Hac praxi vſus eſt Deus vt extolleret filios Iſrael eoſque in terram introduceret promiſſionis (ex ſententia D. Chryſoſtomi) licet enim promiſſionis terræ inhabitatores, homines eſſent difficiles, arrogantes, obſtinati, ſuperbi, gigantes fortiſſimi, tamen quo tempore filij Iſrael proficiſcebantur plurima Deus operatus eſt prodigia, miracula ſignaque non contemnenda: mare rubrum diuiſit medium, quod ſicco pede tranſierunt, pelagi fluctibus eorum operuit inimicos, duriſſimas rupes emolliuit, vt aquarum fluenta ſcaturirent vt oleum ſuauiſſima: cœlorum aperuit nubes, & panem illis depluit Angelorum. Horum mirabilium rumor illos præcurrit, quibus auditis terrarum populi, per quos tranſibant, turbati ſunt, moti ſunt ſicut ebrius, & omnis fortitudo eorum diſſipata eſt, humiliata ſuperbia, filijs autem Iſraël timenda creuit auctoritas. Sic inquit D. Chryſoſtom. fidelis proteſtatur Rahab in Hiericho: *Audiuimus quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri ad introitum veſtrum &c. Elanguit cor noſtrum &c. Dominus veſter ipſe eſt Deus &c.* Hoc idem cantico ſuo celebrarunt filij Iſraël: *Audierunt populi &c.*

Hom. 5. de pœnit.

I. Fama miraculorũ perterruit Deus hoſtes Iſraël.

Ioſue c. 2. 10.

Exo. 15. 14.

Tunc conturbati ſunt Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Nec hoc quiſquam miretur (inquit D. Auguſtinus) tanta quippe erant hæc miracula, vt ſufficerent ea ſpectantibus ad teſtandam diuinam virtutem populo Iſraëlitarum exhibitam: *Atteſtabatur euidentiſſima mirabilibus ſignis vnibuſque diuitiæ;* Quibus apud ea percipientes non exigua populo conciliabatur auctoritas, & nominis æſtimatio. Simile quid egit Chriſtus cum contribulibus ſuis, patriaque Nazareth: priuſquam enim ſe illi manifeſtaret, multas peragrauit ciuitates, terras ac Prouincias conterminas, in ſignis & virtutibus vbique venerabilis, vt eò ſignorum rumor famaque peruolaret, quo ciuium ſuorum ſenſim corda diſponeret, altioremque de eo formarent opinionem, quam hactenus habuerant, quando eo vſque nihil in illo niſi domeſticum ac vulgare notauerant. Magno Dei adſcribendum eſt beneficio (teſtatur D. Gregor.) quòd non ilico & ex abrupto vel inopinato ſe cordibus offerat, ac illa ingrediatur, quæ pugnacia videt maléque diſpoſita, & quæ eum indignè ſuſciperent, ſed continet ſe, ſuſpendit introitum, ſuoque corda præparat ingreſſui.

D. Aug. L. 16. de Ciuit. c. 46.

Hom. in Euang.

In huius confirmationem adducit illud admirabile factum, quod D. Lucas commemorat. Proponunt D. Paulus & Silas in Aſia Chriſti prædicare Euangelium, at prohibet illos ac retinet Spiritus S. & dum in Bithyniam remeare contendunt, nec hoc illis permiſit: *Vetati ſunt à Spiritu S. loqui verbum Dei in Aſia, cum veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſu.* Quis hoc fieri poſſe ſibi perſuadeat, vt Apoſtolos prædicaturos in Aſia & Bithynia, remoretur, vetetque Spiritus S. Numquid non illis Chriſtus præceperat *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ?* An non deſcendit ſuper illos Spiritus S. qui ſedulos, qui prudentes illos redderet hoc in miniſterio? Quomodo idem ipſe, ne prædicent, interdicit? *Non permiſit eos ſpiritus Ieſu.* Num fortè Spiritus S. Impedit & impleri vetat Chriſti præceptum? Hoc primum reſpondeo nobis non licere vilibus vermiculis Dei iudicia, diuinaſque ſcrutari diſpoſitiones, nobis non expedire rationes inquirere ſingulorum: hoc quippe iam Deus Iob prohibuerat (ait D. Gregor.) dum ab eo percunctatur: *Numquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra.* Secundum ex D. Greg. adfero: punire voluit Spiritus S. Aſianos & Bithynienſes ob grauiſſima ab ipſis commiſſa ſcelera, nec leue ſuppli-

Act. 16. 6.

II. Cur Paulus & Silas vetiti ſunt prædicare in Aſia & Bithynia.

Marc. 16. 15.

Lib. Moral. Iob 38.

Hom. in Euang. Tract. 8.

ſuppli-

ſupplicium eſt in delicti pœnam illis prædicationis ſubtrahere ac negare beneficium de quibus diximus aliàs.

10 At congrua propoſito noſtro ſit tertia ratio; quam etiam affert Venerabilis Beda, & illo prior D. Proſper Aquitanus illis nempe regionibus ſuam proponebat præſtare miſericordiam: notauit autem Spiritus ſanctus eorum corda minime tantæ recipiendæ gratiæ diſpoſita: talis enim erat eorum animus, vt ſi illo tempore verbum Dei proponeretur, prædicatione peiores euaderent, duriores, ac obſtipiores, fieretque eorum damnatio grauior, ſuppliciumque terribilius: Conſultiùs igitur fuit in eorum ſalutem, vt in aliud differatur prædicatio tempus opportunius, & prius eorum corda præparentur vicinis prædicando, vt fama miraculorum commoti paulatim miteſcerent; Nec tamen negamus, Deo noſtrorum cordium plenariam eſſe poteſtatem, ſupremumque dominium, qui ſemper vbi, & quomodo libuerit, operatur; qui cor ſubito confringit duriſſimum, nullo alio ſpectato tempore, quàm ſua liberrima voluntate, ſit nobis exemplo Sauli conuerſio momentanea. Sed non hæc agit ſemper, imo lege communi noſtram attendit diſpoſitionem, ſeu indiſpoſitionem.

Lu. c. 16. Li. l. 1. de vocati Gen. c. 4.

III. Eadem adfertur ratio de D. Auguſtino.

Tempore D. Auguſtini quædam religioſæ moniales inquietæ tumultuabantur, & inter ſe ob electionis ſucceſſum diſſidebant, effectus electioni valde familiaris: cognouit autem Diuus Auguſtinus eas ita eſſe perturbatas, vt ſi tum temporis accederet, eas ad meliorem frugem, pacemque reducturus, hinc è contra feruentiùs in inuicem exacerbarentur, nouamque darent caſtigandi occaſionem; quod mulieribus ita commotis eſt ordinarium. Nihilominus de pio Prælato conqueruntur, quòd monaſterium, non, vt prius, accederet eis prædicaturus, ſicut alijs concionabatur religioſis. Scribit illis epiſtolam quâ demonſtrat, quàm infirma nitatur earum querela ratione, cum ipſe iuſtiori ratione de illis poſſet lamentari, quæ illum à concionando retrahebant. Ad hoc ſupponit, quòd dum Prælatus ſubditos viſitans, illis vera afficitur dilectione, ſed nec eſt flagitioſus, imo benignus, non optat in eis quas corrigat, culpas inuenire, ſed virtutes, ac opera pietatis, quæ laudet, quæ remuneretur. Vnde ſi videat tam prauam ſubditorum eſſe diſpoſitionem vt nedum non fauores, non gratiam pro meritis referant ſed ſupplicijs pro tumultibus, ac ſeditionibus plecti mereantur; maximo illos beneficio dignabitur, ſi diuertat ab itinere, in aliud tempus differat viſitationem opportuniùs, quatenus hoc modo deferueant, ſeipſos agnoſcant, & præparent mitiores: *Sicut parata eſt ſeueritas, peccata, quæ inuenerit, vindicare, ita non vult charitas, quod vindicet, inuenire.*

D. Aug. Epiſt. 109. ad Monachas tumultuan. tes, To. 2.

Hoc conſidera in viris charitate maxima flagrantibus, nominatim in D. Paulo, cuius pectus fornax erat charitatis ardentiſſima, hic Corinthũ inter alias ſibi charas ciuitates diligebat affectuoſiùs, & ſingulari deſiderio feruebat, vt ibi prædicaret, illi bona communicaret ſpiritualia, nihilominus ait ipſe, quòd eo tendens, deflexerit ab itinere, diſtuleritque greſſum ex nimio ad illos amore. Illum audi (monet D. Auguſt.) loquentem: *Teſtem Deum inuoco in animam meam: quia parcens vobis, non veni vltra Corinthum.* Videbat Apoſtolus id quod dicebat, creditu difficile, quocirca illud duplici confirmat iuramento: pro vt notat D. Th. vno aſſertorio *Teſtem Deum inuoco*, execratorio altero: *In animam meam*: q. d. Teſtem ſumo Deum, ipſe, niſi verum dixero, condemnet animam meam. Et quid ais? Quod ex deſiderio profectus veſtri, in veſtrum beneficium, & non in perditionem, non in detrimentum, ad veſtram non acceſſi ciuitatem. Quid loqueris Apoſtole Sanctiſſime? An vrget neceſſitas duplici veritatem iuramento confirmandi, vt tibi fidem adhibeamus? Quid igitur num veſter Corinthum ingreſſus ciuium poterat obeſſe ſaluti, conferre perditionem? An alio fine ciuitates ingrederis, quàm vt cæcos illumines corpore & anima, mortuos ſuſcites ſpiritus, afflictos ſoleris, in viam reducas aberrantes, bona denique conferas infinita? Optimè loquitur Apoſtolus (inquit D. Chryſoſtom.) quia, vt ipſe ſeipſum exponit, ex ratione timebat: quia debita in illis diſpoſitio requirebatur, nec, quo iuſtum erat, Apoſtolum amore complectebãtur: *Timeo, ne forte cum venero, nõ quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis, qualem non vultis.* Feruebant contentionibus, ſeditionibus, diſſidijs, impudicitijs, ita vt, quod ſi illo veniret tempore, ſe videret obligatum, nedũ vt illis bona ſpiritualia non communicaret, ſed potius vt ipſos iiſdem priuaret, traderet Satanæ, & excommunicaret: *Ipſe ſciebat eos incorrigibiles*, Ita D. Th. hinc illud oritur, quòd nouo mœrore, ac dolore conficeretur, videns, quòd optans ingreſſu meo mea vobis participare beneficia, vos cogerer grauibus mulctare ſupplicijs. Hoc enim illud eſt (inquit D. Aug.) quod addit: *Ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Idẽ vobis (loquitur monialibus D. Aug.) vobis dico religioſis domicellis, quòd domum veſtram non adueneirim vos conſolaturus, alias tamen conſolatus, non ex maleuolentia

2. Cor. 1. 23.

In 2. ad Cor. c. 1. lect. 3.

IV. Confirmatur ex Paulo Apoſtolo.

Ho. 4. in 2. ad Cor.

2. Cor. 12. 20.

D. Tho. Lect. 5. cit.

2. Cor. 2. 3.

lentia & corde minus vobis quàm alijs affecto dimanauit, imo facile prætermiſi in bonum ſalutemque veſtram, ne veſtras obligaret in conſcientia caſtigare ſeditiones: *Ideo elegi, vt nõ exhiberem* D. Aug. *faciem meam &c.*

11 Fundat hunc procedendi modum in eo quod Deo contigit cum rebelli quadam populi ſui ciuitate, rem narrante Vate Oſea, noſtro loquẽdi modo. Videbatur proficiſci Deus verſus illam, imo iam ingreſſurus, & inſperato, pedem figit, u oratur, dicens: Oſe. 11. 8. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſraël? Quomodo dabo te ſicut Adamã, ponam te vt Seboim? Conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ &c. Et non ingrediar ciuitatẽ.* q. d. O mea ciuitas, an perdere te debeo, in cineres redigere, velut Adamam & Seboim vrbes Sodomorum? Nõ ſuffert hoc animus, te perdere non valeo, nihil aliud exopto quàm tibi parcere, peccanti ignoſcere, propterea à via deflecto, & te non ingrediar: *Non ingrediar ciuitatem.* Quando terribili perijt Sodoma ſupplicio, deſcendit Deus, colloquitur Abrahæ, ſignificat vrbium peccata adeo eſſe grauia, vt vindictam clamitent, quocirca deſcendere ſe velle, illas ingredi, & videre, num ſua poſſet illas emendare præſentia. Sodomam introiuit, & vrbis habitatores inuenit duræ adeo ceruicis, vt nõ poſſet aliud, quàm in illos manum mittere ſupplicij, cœlitus ignem & ſulphur depluere, quo cunctæ temporis momento pereant, conflagrentque ciuitates: *Subuerſa eſt in momento.* Quantum illis fuiſſet ciuitatibus beneficium, quantum illorum interfuiſſet ſaluti ciuiũ, ſi tunc temporis Deus vrbẽ non intraſſet, alio diuertiſſet, ingreſſum ſuum ad tempus diſtuliſſet opportunius, vt præmonitis animas ſuas ad meliorem vitæ frugem reuocare potuiſſent. Hic fuit illius temporis caſus ait Dominus, quocirca, Ciuitas mihi dilecta modo viſitare non eſt animus, ſed alio diuertam, iter ſuſpendam, aptiorem tui præſtolabor diſpoſitionem: *Non ingrediar ciuitatem.*

V. Ingreſſus Dei in Sodomã, illi fuit exitialis.

Thren. 4. 6.

12 Hoc multò verius ac ſtudioſius nunc agit cum Nazareth, idcirco de Hieruſalem eo profectus ab itinere deuiat, & ad dexteram declinat, Galilæam intrans ſuperiorem, in qua ciuitates ſitæ erant Corozain & Bethſaida, præſertim verò Capharnaum, vbi ſtupenda edidit prodigia, quatenus eorum, ſimulque quæ illo intellexerant rumore peruulgato, Nazareni ſe præpararent, dum veniret in ciuitatem pro debito ſuſciperent aduentantem: ita vt, etiam in hoc grandem erga Patriam ſuam oſtenderit miſericordiam. Et hoc tibi clarè pateat, ex quod ipſe Chriſtus expoſuit.

VI. Chriſti beneficiũ patriæ exhibitũ, dum illam non prior ingreditur.

Non eſt quod quis neget, beneficium fuiſſe à Chriſto ciuitatibus illis Capharnao, Corozain, & Bethſaidæ conceſſum, in quibus prima atque præclara potentiæ ſuæ monſtrauit miracula, vbi primitus quoque prædicauit, & cum hoc verum ſit quòd multi ibibidem ſint conuerſi, & in quibus non contemnendum fructum retulit diuina prædicatio, Chriſtique miracula non parum profecerunt, nihilominus in illas Chriſtus tanto minarum terriculamento inuehebatur, vbi plures prædicauerat, & eminentiora patrauerat miracula; quibus hoc quoque declarauit, quod illud, quod indubium ingens erat beneficium fauorque non minimus, in truciorem eorum cederet damnationẽ, grauiuſq; ſupplicium: quia licet inde profecerint aliqui, ſed nec tot, nec tantum, quantum oportuerat vnde hæc illis ſæuiſſima eſt minatus: *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida; quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, egiſſent pœnitentiam in cinere &c. Et tu Capharnaũ vſque ad cœlum exaltata vſque ad infernum demergeris: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te &c.* [Matth. 11. Luc. 13.] Si namque ciuitatibus illis in acerbius ceſſit ſupplicium, vbi illum multi tanto ſuſceperunt affectu, tanto honore cumularunt, tantoque fide ſunt proſecuti, quia fuerunt illæ, in quibus ſua prima patrauit miracula, prodigiaque cœleſtia; quas non minas intentaret Nazareth, ſi in illa prædicationis, operumque ſumpſiſſet exordium, vbi nedum non fuiſſet, qui in illum credidiſſet, eum recepiſſet, honoraſſet, ſed eum omnes inhonoraſſent, opprobrijs affeciſſent, vexaſſentque calumnijs, prout videmus? Non igitur vrbem beneficio honoraſſet, ſed grauioris occaſionem dediſſet ipſe ſupplicij, cauſamque perditionis. Sæpe numero (teſte D. Gregorio) eſt Dei vindicta, ſuas tibi offerre miſericordias, ſuiſque tuis oculis exponere beneficia, nec non quod ipſe tuæ pulſet oſtium animæ ſua vocatione, quia talis cum ſis, hinc tuæ proceſſum formabit iudex damnationis, dicetque: *Vocaui & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, & ego in interitu veſtro ridebo.* [Prou. 1. 24.] Faxit miſericors Deus, vt tot conciones, tot voces, tot Sacramenta, tot indulgentiæ, non tibi ſint in atrociorem damnationem: cum parum eſt, quòd nullam ex illis elicias ſalutem, morumque correctionem, inſuper & in peiora ruis, tantas contemnis gratias, donaque deſpicis ſceleratior: de quibus alibi.

§. 5. *Miris vtitur Christus ceremoniis quoad librum S. Scripturæ.*

11. MAgno igitur ceſſit beneficio patriæ ſuæ, quòd eò primus Chriſtus non acceſſerit, ſed illam diſpoſuerit, quatenus præcedente publicâ famâ miraculorum, quæ quotidie, nunc hi, nunc illi referebant in alijs ab ipſo facta ciuitatibus, nominis ſplendorem, dignitatemque apud conciues obtineret, vt aduenientem honorificè ſuſciperent, fidemque haberent de illo nobiliorem, quàm vſque modo de illo corde conceperant: Quando verò iudicabat his plus ſatis patriam ſuam eſſe debere diſpoſitam, ſine mora in patriam proficiſcitur, vrbemque ingreditur Nazareth:
Matth. 13. Luc. 4. *Et venit in Nazareth, vbi erat nutritus.* Hoc autem ſingulari ſtatuit conſilio, vt Sabbato ingrederetur, die feſto, quando omnis confluit populus ad ſynagogam Dei verbum auditurus. Notat Abulenſis quod die Martis præterito diximus:
In libr. 4. Reg. c. 4. §. 30. quod apud Iudæos non niſi vnicum eſſet templum erectum Hieroſolymis, in quo tantum licitum erat Deo litare ſacrificia; at plures erant ſynagogæ, non ſolùm vna in quolibet loco, ſed in aliquibus centenæ numerabantur. Ad illas ſingulis conueniebant Sabbatis: hæc etiam illis erant feſta, ſicut apud nos Dominicæ feſta cenſentur, in quibus lex Moyſi prædicabatur, pſalmique cantabantur. Hoc inſinuat Apoſtolus:
Actor. 15. 21. *Moyſes à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.* Ingreſſus ergo Chriſtus Nazareth die Sabbati, quo cuncti municipes ad ſynagogam aduentabant, ad illam venit, quaſi qui vellet omnibus benefacere: *Et intrauit* (inquit Euangeliſta) *ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in ſynagogam, & ſurrexit legere.* Moris erat, vt omnibus adunatis, ſi quis vellet ſermonem habere ad populum, aſſurgeret, & ſynagogæ princeps dari ſacram illi ſcripturam præcipiebat, in qua legebat, & ſuper illud, quod legebat, concionem proponebat. Voluit Redemptor noſter cōcionari, quocirca ſurrexit, & librum ſibi dari poſtulauit prælegendum, vt eſſet velut futuræ thema concionis. Traditur illi liber Iſaiæ Prophetæ, ſurgit in medium, erectus aperit librum, paginam ex illo legit, demum conuoluit librum, reddit miniſtro, ſedet, & concionem exorditur: *Traditus eſt illi liber Iſaiæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat; Spiritus Domini ſuper me, &c.*

Grauidæ Sacramentis ſunt hæ ceremoniæ, quas de Chriſto ſic minutim explicat Euangeliſta. Dedit illi miniſter librum complicatum, illum verò Chriſtus aperit, & reddidit miniſtro conuolutum: vt oſtenderet, quòd populus Iudaicus ſemper in manibus gerat S. Scripturam, ſed conuolutam & figuris vmbriſque obuolutam, quæ eo vſque non aperietur, quouſque ad Chriſtum acceſſerint, & ad illum ſe conuerterint, ipſe etenim eſt, qui librum aperit: Hoc atteſtatur Apoſtolus: I. Liber obuelutus apertus, & rurſū obuolutus myſterium ſignat.
2. Cor. 3. 15. *Vſque in hodiernum diem cum Moyſes legitur, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.* At, populus Iudaicus miniſter eſt, qui ſacros cuſtodit libros; ſunt illi quoque (ſicut aduertit D. Ambr.) librarij ſeu bibliothecarij Tabernarij noſtri. Si enim à Chriſtiano quærat paganus aut infidelis, vnde libros illos acquiſiuit, quos ſacros nominat, quorum auctoritate, & prophetijs ſuæ fidei probat veritatem & vrgeat quod ipſe tales codices compoſuerit, nominaque poſuerit prophetarum, quorum nomine biblia in lucem edit: illi reſpondere poteſt: inquit D. Ambroſ. en ipſe Iudæus, mihi iuratus inimicus, meiſque dictis aduerſarius, illos mihi communicat, ipſe conſeruat, non ego illo proprio compoſui cerebro; vnde D. Paulus de Iudæis teſtatur: *Illis credita ſunt eloquia Dei.* In pſ. 40. ad fin. & in pſ. 56. & in pſ. 58. conc. 1. ad fin. & tract. 35. in Ioan. post med. Rom. 3. 2.

Hoc modo declarat D. Auguſt. completam ex parte fuiſſe Dei promiſſionem datam Rebeccæ, quando illi manifeſtauit, quod vterum gereret, gemellis filijs prægnans Iacob & Eſau, & quod *Maior ſeruiret minori.* Quærat quis qua promiſſum impletum ſit ratione cum numquam inueniamus Eſau, qui primogenitus erat ſeruiuiſſe Iacob minorenni? Quinimo reperimus quòd Iacob magnam Fratri Eſau exhibuerit reuerentiam, imo tantam, vt venientem ſibi in occurſum ſepties adorauerit in terra, & ſæpe ſæpius Dominum ſuum compellarit. Ne verba hæc, monet D. Auguſt. intellexeris in proprijs perſonis Iacob & Eſau, ſed de illis quorum illi expreſſum erant ſymbolum, figuraque memorabilis. Eſau maior natu populum ſignat Hebræum, quem Deus primogenitum ſuum dicit: *Primogenitus meus Iſrael*, Iacob natu iunior Chriſtianos, ob multas à SS. Patribus allegatas rationes. Hoc autem eſt, quod Deus decreuerat, vt populus Iudaicus, ob ſcelera ſua meritò reprobatus, velut Eſau, populo ſeruiret Chriſtiano, diuinâ miſericordiâ prælecto. Placet audire D. Auguſtinum: *Quod dictum eſt, maior ſeruiet minori, ſecundum litteram in Iacob & Eſau non videmus impletum.* Gen. 25. 23. II. Iudæi vt Eſau ſeruiūt Chriſtianis vt Iacob. Exod. 4. 22. D. Aug Ser. 78. de temp. To. 10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non enim corporaliter beato Iacob ſeruiſſe commemorat ſcriptura, ſed alio modo ſpiritualiter debemus intelligere. Maior enim & ſenior populus Iudæorum, iuniori id eſt populo Chriſtiano ſeruire probatur. Si verò noſſe deſideres, in quo illi ſeruiat; reſpondeo multis in rebus: nominatim autem in eo, quod ſit velut archiuorum præfectus qui cuſtodit ſeruatque S. Scripturæ codices, qui vt talis, eaque intentione per totum diſperſus vagatur mundum: *Populus Iudæorum*, ſic explicat nodum D. Auguſt. *populo Chriſtiano ſeruire probatur, dum per totum mundum libros diuinæ legis, ad inſtructionem omnium gentium probare cognoſcitur. Ideo enim per omnem terram Iudæi diſperſi ſunt, vt cum aliquem Paganum ad fidem volumus inuitare, & ab omnibus prophetis ipſum eſſe Chriſtum annuntiatum teſtamur, & ille reſiſtens dixerit: à nobis potius, quam a Spiritu S. libros diuinæ legis eſſe conſcriptos. Non habemus, vnde eum redarguere certa ratione poſſimus, dicentes ei. Si de meis libris tibi dubitatio naſcitur, ecce Iudæorum libros, vtique inimicorum noſtrorum; quos certum eſt, ſi ego conſcribere vellem, mutare non potui, ipſos relege, & cum in ipſis, hoc quod in meis libris inueneris, noli eſſe incredulus, ſed fidelis.*

D. Aug.

III. Iacob fratris plãtam manu tenet.

Eadem ratione cenſent impletum Rupertus, Eucherius, & Gloſſa interlinealis id quod in illa præfiguratum ceremonia cognoſcimus, quam diſtinctè deſcribit Spiritus S. in horum natiuitate geminorum, quam ſic enarrat: prior in lucem prodijt Eſau rufus hiſpidus, at illum ſequitur naſcens Iacob: *Fratriſque plantam tenebat manu.* Eſau Iudæos præſignat, ab vnguiculis, rufus, crudeli flagrans auaritia, vindictæ cupidiſſimus, pellibus coopertus, vt caprorum pilis, exterioribus ceremonijs; pes cui innitebatur, ſacram notabat ſcripturam. Hunc ſibi Chriſtianus apprehendit & cum illo, & de illo fratrem ſuperat? quia de ipſis S. Scripturis illum ſupplantat, illis ipſis ad viam conatur reducere veritatis.

Lib. qq. in Gen. c. 27.

Nota (monet D. Hier.) quod Eſau veſtibus valde bonis & odoriferis abundaret at arca concluſis, ſeruatiſque non induebatur: illas autem abſtulit Iacob, illis patris eſt aſſecutus ſibi benedictionem. Hæc ſuaueſragrantia, pretioſaque veſtimenta S. Scripturam præludunt. His Iudaicus populus non ornatur: quia cæcus eſt, & obuelatos patitur oculos, dum præleguntur: *Dum legitur Moyſes velamen poſitum eſt ſuper cor eorum*, inquit D. Paul. Attamen hæc ſibi Chriſtianus aſſumit quibus & illuminetur, & benedicatur, *Veſtes Eſau ſcripturæ ſunt hebræorum, quibus Gentilium indutus eſt populus.* Illius ſunt hæc indumenta, aſſerit D. Gregorius ratione eius quod D. Paulus ait: quòd illis fuerint traditæ atque commendatæ: *Illis credita ſunt eloquia Dei.* Verum illã ſeruare concluſa ciſtis, populi ſeruit commodo Chriſtiani, vt declarauimus.

2. Cor. 3. 15.

D. Hi.

Tertiò, manibus Chriſti, eiuſque potentia, & in illis, & cum illis S. Scripturæ liber apertus, quia nullæ ſufficiunt vires illi aperiendo, niſi virtute, & gratia Saluatoris. Ipſe eſt, qui gratiam infudit Apoſtolis, quâ illam intelligerent: *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.* Expendit D. Gregor. quod viderit vates ille miſſum ſibi librum: at qualem? *Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, &c. qui erat ſcriptus intus & foris.* Conuenientiſſimum S. Scripturæ ſymbolum: eſt hæc etenim ſcripta per totum, quia nihil in ea vacuum à myſterio, foris in cortice, & intus: foris per hiſtorias, intus per cæleſtia myſteria illis repræſentata; foris per bona terrena, quæ promittit, intus per ſuprema & cæleſtia, terrenis figurata. Quis librum aperuit? Manus de cælo miſſa: *Ecce manus miſſa ad me. Et expandit illum coram me.* Nomine S. Scripturæ frequenter dicitur Chriſtus, manus Dei. *Fiat manus tua vt ſaluet me.* Manus per quam omnia Deus operatur: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Manus hæc ſecundum diuinitatem facta nõ dicitur: *Genitum non factum.* Fieri debebat, ſecundum humanitatem: quando diceretur: *Verbum caro factum eſt.* Hæc illa manus eſt, quæ ſcripturam aperit: quia ſolo diuino eius lumine ac gratia S. Scriptura poteſt intelligi: hoc enim Deus indicauit, quando prout aduertit D. Paulus, Moyſi præcepit ſanguine agni librum legis adſpergeret. His quadrat viſio D. Ioannis de libro clauſo, ac ſignato ſigillis ſeptem: quia nulla erat poteſtas, neque in terra, neque in profundo, quæ librum aperiret, & vocem audiuit dicentem, ne fleueris: *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius,* & vidit quod agnus acciperet de dextra ſedentis in throno librũ, aperiret illum & ſolueret ſeptem ſignacula eius. Ex his prudentiam conſpicies Eccleſiæ, quia ſemper ad declarandam, prædicandamque S. Scripturam cæleſte poſtulamus auxilium: pariter hæreticorum ſtultitiam, qui tuentur, illam eſſe adeo claram, vt quiſque ſuò eam poſſit ingeniò comprehendere.

Apoc.

V.

Quartò: mirare quâ Chriſtus reuerentiâ tractet Scripturam, quia S. Scripturæ librum ſtans accipit, & ſic erectus manet quamdiu illam reuoluit, quaſi illi honorem exhibens, nec ſedet, donec illum conuolutum miniſtro reddidiſſet. Stare pedibus

bus erectum, ſignum eſt honoris atque reuerentiæ. Sic ſtant coram Domino ſuo famuli, vt illi
Reg. 10. Salomonis: *Qui ſtant coram te ſemper.* Similiter viri iuſti ſtant in oratione coram Domino: *Qui*
Pſ. 133. 1. *ſtatis in domo Domini.* Idcirco ſtamus erecti, cum S. legitur Euangelium. Nota Chriſti reſpectum ad Scripturam, quia quo tempore illam habet in manibus, ac legit, ſtat erectus. Hinc elicit D. Chryſ. circa finem; reuerentiam, quam debemus ſacris codicibus, maximè vero S. Euangelijs, & quâ reuerentiâ ſint à nobis contingenda, quando illa tractamus, vel nobis exhibentur, vt ſuper illa præſtemus iuramentum. Et illius temporis refert conſuetudinem, quòd qui codices illos ſacros contingeret, prius manus ablueret, & cum timore ac tremore manus illis applicabat: *Si Euange-*
D. Chry. ho. 77. ad pp. To. 5. *lium quidem carpere oportet, manus abluens, & cum multa reuerentia & religione tremens, & timens accipis, &c.* Attendite, inquit, qui iuratis ſuper S. Euangelia, qua ſint illa vobis diſpoſitione
VI. Sed' prædicaret S. Euangelia. in manus accipienda. Deinde ſedit vt Dei verbum prædicaret, quo ſignificaret ſe datâ operâ, ac ſedulò ſacræ ſcripturæ myſteria velle docere Nazarenos: quia, vt ſentit D. Aug. ſedere ad negotium aliquod agendum, in ſacris litteris indicat, ſe totum illi applicare, neruos omnes intendere, & de propoſito adlaborare: Sic ait Dauid, quòd
2. Reg. 7. 18. Deum oraturus ſedit coram Domino: *Ingreſſus Dauid ſedit coram Domino.* Ne reprehendas, inquit, vt irreuerentiam, ſed diligentiam & attentionem, quâ cum Deo agere nitebatur, admirare.

☞ 15 Aliud licet ego detegam in his Chriſti ceremonijs myſterium, quod librum ſumpſerit, & quòd in eo ſtans legerit, ac demum ſederit prædicaturus: quia ſi attentiùs inſpicias quod Sancti referunt Euangeliſtæ, non inuenies quòd aliàs Chriſtus hos ritus obſeruauerit, nec quod librum
D. Mat. c. 7. & D. Marc. c. 1. ſumpſerit, ex eo concionis ſuæ fundamentum themaque præſcripturus. Aduertunt Euangeliſtæ quòd Chriſtus diuerſo modo prædicarit à Phari-
VII. Chriſtus vt auctor S. Scripturæ prædicabat. ſæis & legis Doctoribus: *Docebat non ſicut Scribæ & Phariſæi, ſed tanquam poteſtatem habens.* Declarant hoc D. Hier. D. Chryſoſt. *a.* D. Thom. *b.* & omnia comprehendit Abulenſ. *c.* in hoc fuiſſe diſcrimen, quòd Phariſæi & legis Doctores prædicarent quaſi repetitores, Deique miniſtri, quocirca ad prædicandum, primò ſumere debebant Dei verba ſacris mandata litteris, illa legere, & concionis quaſi ſupponere fundamentum. Chriſtus autem prædicabat vt auctor eius doctrinæ, quam proponebat, vnde neceſſe non
a Ho. 16. in Matt. b In c. 7. Matt. c In c. 7. Mat. q. 56.

erat ei thema ſibi præfigere, ſeu aliud fundamentum, nec cogebatur ſe ſcri, teris alligare, nec alicui alteri, quàm ſuoipſius verbo, proinde concionari ſolebat, non dicendo ſicut cæteri prædicatores: *Hæc dicit Dominus*, hoc eo ſcriptum loco legimus, ſed *Ego dico vobis*, & hoc modo prædicabat in Synagogis. *Scribæ* (dicit D. Hieron.) Loco cit. D. Hier.
docebant populos, quæ ſcripta ſunt in Moyſe, & prophetis. Ieſus vero, quaſi Deus & Dominus ipſius In c. 7. Mat. To. 3.
Moyſi, pro libertate voluntatis ſuæ, vel ea quæ minus videbantur, addebat in lege, vel commutans, prædicabat in populo, &c. Quaſi Dominus loquebatur (inquit D. Thom.) *vel ſicut legiſlator.* Scri- D. Tho.
bæ & Phariſæi textus S. erant expoſitores, vnde illum ſupponere debebant: Chriſtus autem ſupremus erat Magiſter, cuius verba textum faciebant, vnde nec alium debebat ſupponere. Hoc indicabat quando prædicaturus ſedit, nec erectus, ſtetit. Ita fecit in hoc ſermone famoſiſſimo montis: *Cum ſediſſet aperiens os ſuum docebat eos.* Et Mat. 5. 2.
alijs occaſionibus: *Sedens docebat turbas*, inquit Luc. 5. 3.
D. Luc. quod erat loqui quaſi Dominus & auctor doctrinæ quam prædicabat. At in patria ſua noluit vti auctoritate, ſed cum ſumma reuerentia ac humilitate, ſicut cæteri, ſe prædicationi accingit: primò legit ſtans S. Scripturam, ne ciuibus ſcandali daret occaſionem: quia teſte Euangeliſta, quam primum viderunt, quòd librum peteret, omnes ilico fixa eum oculorum acie contuebantur, quid rerum ageret, contemplaturi: *Omnium oculi in Synagoga erant intendentes in eum;* Et ſi Dominus propria ſibi ac diuina prædicaret auctoritate, ſtatim ex eo ſibi ſumerent occaſionem ſcandali, cum ipſi hoc maximam iudicarent audaciam: vt ſtatim videbimus. Voluit hoc illorum Dominus præuenire ſcandalum, & ad prædicandum communem omnibus modum ſectari, quem reliqui in prædicando obſeruabant.

§. 6. *Veniebat Chriſtus in fiſtella ſcirpea, & patriæ ſuæ ſe manifeſtat maiori beneficio quàm cæteris omnibus.*

APeruit Chriſtus librum, & euoluit illum, erat quippe radiô obuolutus, & vt noſtrô 16. ☞
loquamur modô, *Reuoluit librum*, donec occurreret prophetia maximæ hominibus conſolationis, qualem non tantũ in propheta Iſaia, ſed in omnibus prophetis, imo & in tota S. Scriptura non reperimus. Codicẽ Iſaiæ vatis accipienti ſatis

multa-

multa poterant themata occurrere; In exordio ad prima verba, non vlterius reuoluendo, occurrebant illa, quibus vt prologus inchoat librum, rebellionis populum redarguens: *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerunt me. Cognouit, &c.* Si paulo progrederetur vlterius, ſcripta erant illa, quæ maximè tali conueniebant auditorio: *Audite verbum Domini Principes Sodomorum, percipite auribus verba Dei noſtri, populus Gomorrhæ.* Thema ſumere poterat comminatorium, quò ſæpius timore percelluerat propheta ſeditioſos, & eodem libro continetur. Attamen illa præterit, ſed tempori congruum locum, quærit maioris conſolationis, & totius S. Scripturæ verba cæteris gratiora quæ ſcripta legebantur: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Maximi ſunt hæc verba ponderis, quæ continent, quæ promittunt, quidquid boni mundo Chriſtus erat allaturus, quod erat infinitum, vnde non ſatis expendere poſſunt viri ſancti beneficia, quæ his offeruntur.

Iſa. 1. 2.
I.
Cur Chriſtus hæc verba potius quã alia aſſũpſerit.
Iſa. 1. 10.

Indubitanter credo, quòd Dominus hic de induſtria tempore Iſaiæ verba illa compoſuerit, & in ore poſuerit Iſaiæ, vt vehemens ipſe hac occaſione in patriam ſuam, illa proferret, ſicut realiter protulit, nec alio loco ea illum dixiſſe reperimus. En tibi concionis eius exordium. q. d. O conciues mei, dilecti, chariſſimi amici, patria mea amantiſſima, num hanc auribus veſtris percepiſtis prophetiam? Vobis igitur notum facio, quòd hæc hodie coram oculis veſtris impleatur, & medius veſtrum ſedeo, vt hac in ciuitate perficiam, operetque quidquid hoc vaticinio continetur: *Cœpit dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hæc prophetia in auribus veſtris.* Ecce quam acceptum principium quàm pacificum exordium captandæ beneuolentiæ, atque attentioni aptiſſimum: *Cœpit dicere.* Scitote patriotæ mei, quòd ego ille ſim, hic me habeatis, vt vobis hæc bona omnia conferam: q. d. id quod per eundem Iſaiam dixerat: *Quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.*

Iſa. 52. 6.
☞ 17.

II.
Moyſes fiſcellæ incluſus Chriſtum Dominũ præfigurat.
Exo. 2. 3.

Omnes allegoriam admirantur, quam expendit Rupertus in vita Moyſi: Illum adhuc tenellum ac vagientem pater fiſcellæ ſcirpeæ concludit bitumine & pice illitæ, ne vllo modo aqua ſubintraret: *Fiſcella ſcirpea, linita bitumine & pice.* Huic puerum incluſit, qui ſic captiuus decurſu fluuij rapiebatur deorſum, donec fiſcellam aduertens Principiſſa filia Pharaonis mandans de fluento eripi, coram ſe aperiri, puerum inuenit formà venuſtiſſimum, decore gemmeum, fuit hic Dux liberator populi ſui de Ægyptiaca ſeruitute. Quid opus erat Deo vti ambagibus, tanto conatu ſtudio, quo Moyſes ab interitu ſeruaretur incolumis? Altum myſterium. Scirpi illi materia erant ex qua papyrus ſcribendo parabatur, vnde & vocabatur *Papyrion* vt probat Rupertus ex verſibus Lytani, atque ex iiſdem fiebant ſchaphæ, naues, lembi, quæ pice & bitumine initæ periculo vacabant: & ita vates Iſaias naues vocat: *Vaſa papyri.* Notat hic Spiritus S. profundum Sacramentum. Æternus Pater volens filium ſuum mittere in hunc mundum, & quòd iam à mundi principio per decurſum veniret temporis, quaſi per aquarum decurſum, illum fiſcellæ incluſit ſcirpeæ, hoc eſt, S. Scripturæ. Quantum ſapio nullum aptius dari poterat S. Scripturæ ſymbolum, quàm hoc, nec definitio, quæ iuſtiùs quid illa ſit, declaret. Fiſcella ſcirpea miro contexta artificio, pice & bitumine diligenter illita, qua conſtrictus ſupremus ille Moyſes deuoluitur. Quàm induſtriè contexta eſt hæc fiſcella varijs libris ſententijs, hiſtorijs, prophetijs, vt opus manuum Spiritus ſancti? Quis conſenſus quæ vnius ad alterũ conuenientia: vt velut texti, & combinati ſcirpi filoque traiecti ſe mutuo complectantur? His incluſus, his abſconditus inclytus Dei filius deſcendit. *Finis legis Chriſtus,* inquit Apoſtolus. Et Apoſtolorum Princeps D. Petrus hoc ipſum prima ſua concione declarauit: *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.*

Iſa. 18.
Rom. 10.
Act. 10. 43.

Ad amuſſim enucleat D. Auguſtin. hæc Dauidis verba, quæ quaſi ænigma proponit: *Numquid Sion dicet: homo & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.* Præfert impoſſibilitatem, dicere de Sion quòd homo qui naſcatur in illa, illam fundauerit. Nonnè vires fidemque ſuperat quòd in ea naſcatur domo cæmentarius, quam ipſe conſtruxit? Si in ea naſcebatur, quando iam naſcebatur, eſſe debebat ædificata. Si ipſe illam ædificauerit, nondum illo naſcente erat ædificata. Voluit, reſpondet D. Auguſt. indicare quòd ille, qui in Bethlehem naſcetur, vel erat conceptus in Nazareth, iam erat, & eſſe habebat, antequam ibidem conciperetur: & ſic ſe res habet, quod fuerit conceptus ſecundum humanitatem, & eſſe habebat ſecundum Diuinitatem. Dauid quis hoc declarabit myſterium? Vbi virum illum præclarum inueniam? Sacris venit Scripturis incluſus & abſconditus: *Dominus narrabit*

Pſ. 86.
In Pſ. 86.
III.
Chriſtus Deus & homo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uauit in ſcripturis populorum, & Principum. Quod humanus de myſterio capere non potuit intellectus, Deus ſacris incluſit ſcripturis, quæ ſunt ſcripta publica, cunctis patula, ſecuta ac indubia. Illis diuinus hic Moyſes venit abſconditus. Hæc eſt ſententia D. Baſilij. *a.* D. Athanaſ. *b.* D. Cyrill. *c.* D. Chryſoſt. *d.* voluiſſe Chriſtum docere Iudæos, die illo ſolemnis cum illis habitæ diſputationis de diuina ſua perſona, quam accurate narrat D. Ioannes, quia volens illis quis eſſet manifeſtare, ipſos ad S. litteras remiſit: *Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.* His verbo concluſus, fiſcellam hác aperite, & vas papyrionis pice linitum, oculis veſtris abſconditum, reſerate: his adſum inuolutus & ſub littera mortua concluſus. *Scrutamini.*

18. Non vobis ſufficiat, attendere ſuperficiem, pice & bitumine compactam obſcuram litteram, ſcrutamini quid intus ſub hac littera recōdatur, & meipſum inuenietis. Hanc beatam ſortem aperiendi ciſtam, aut fiſcellam ſingulariter Chriſtus patriæ ſuæ reſeruauit, quam Pharaônis Regis filia præſignabat; quare coram illis fiſcellam hodie diſſoluit, & ait. Contuemini, quòd ego ille ſim huic incluſus prophetiæ: quia ſi ſola huius vaticinij verba vſque modo ad aures veſtras acceſſerunt, nunc coram oculis veſtris habetis quod illis abſconditur: Ecce ego, quem præſentem intuemini, qui vos omnigenis impleat beneficijs: ea namque intentione deſcendi.

IV. Se geſſit Chriſtus cum patria ſua, velut mercator opulentiſſimus qui reuertitur cum naui longinquis ex regionibus, milleñis opibus referta, aulæis, ſericis, linteis, ſaccaro, lignis medicis quibuſlibet infirmitatibus priſſimis, qui priuſquam ad portum, quo tendit, appellat, vt omnes ibidem ſuas proferat merces, maiora explodit bellica tormenta, quæ per cuncta reſonent littora, vt à longe ea ciues audiendo, qui in portu morantur, ſe paratos ſiſtant tantis bonis recipiendis. Hoc egit modo ditiſſimus ille mercator, qui venit grauida naui illa cœleſti, humanitate ſua ſanctiſſima, pretioſiſſimis totius cœli mercibus vt appellat in Nazareth, ibique nauem exponat, illamque reddat ciuitatem opibus præcellentiſſimam. Ad hoc facta fuerunt celeberrima illa miracula, quæ prius circumquaque efficiebat, quæ fortius longè quàm tormenta maiora reſonarent, vt audito eorum in patria tonitru ſe illum recipiendo præparent. Hodie Nazaret appulſus eſt. *Quaſi nauis inſtitoris*, ſeipſum proponit, & quis ſit, declarat, quod ſcilicet nauis ſit ab æterno Patre miſſa ex indijs cœleſtibus, proſpero vento, flatuque diuino Spiritus S. vt in ea, quidquid boni continet Deus, aut ipſi poſſent optare, exponat: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, &c. Hodie impleta eſt hæc prophetia in auribus veſtris.* q. d. Ecce ego chariſſimi municipes: Ecce ego, patria mea dilectiſſima, modo me vobis ſiſto præſentem, me habetis, vt in vobis ſimul iunctis agam, quidquid in alijs ſparſim vrbibus ac regionibus ſum operatus. Num cenſetis Chriſtum optimi filij, reſpectu patriæ ac ciuitatis, & fidelis compatriotæ reſpectu conciuium, obligationi ſatisfeciſſe? Ampliora poterant ab eo poſtulare facienda? Num aliquid maius debuit patrare? Nihil amplius cum Abraham fecit (aſſerit D. Chryſoſt.) licet talis eſſet, cui præclatiſſima præſtitit beneficia, cuius ingreſſus eſt hoſpitium, ſub trium Angelorum perſona, in eo reſedit, comedit, vt familiam eius redderet nobiliſſimam, ſi illum pro munere ſuo reciperet fide viua, ſicut & in veritate Dominum ſuſcepit quo ſe tantis beneficijs, donisque eminentioribus recipiendis, quæ Deus illi conceſſit, præparauit, quibus domum eius claro ſtemmate donauit, totoque reddidit ſplendidiſſimam vniuerſo. Concludamus igitur, quòd nedum Chriſtus patriæ ciuibuſque defuerit, quinimo plus iuſto ciuibus fuerit liberalis.

Iſa. 61. 1.

Ho. 2. in 1. ad Theſ. ad finem.

§. 7. *Sui Chriſtum offenderunt patriotæ, eius familiam, vt pauperem deſpicientes: quod in mundo eſt frequentiſſimum.*

19 MOdo conſiderate, quàm magnopere illi Chriſto defuerint. Quando namque Chriſtus in medio illorum ſedit, ſeque illis adeo, blandum, mitem, largum, paratum, & omnibus modis diſpoſitum obtulit, vt pro patria, pro ciuibus quidquid optare poſſent, ageret, quid illi? Quàm primùm viderunt, quòd librum ſumeret, ſe lectioni accingeret, os aperiret concioni, conuerſi omnes velut attoniti oculos in eum tanta conijciunt attentione quaſi bouem viderent per aëra volantem, colla, & brachia verſus illum extendunt, aures arrigunt apertas, quid dicturus eſſet, audituri: *Et omnium oculi in ſynagoga erant intendentes in eum.* Tantaque Chriſtus in ijs quæ geſſit: dixitque, gratiâ, ac decore præfulſit, vt eorum corda percelleret, ac iudicarent quid eſſe cœleſte, & ſupereminens, proinde ſic dicere cœperunt: *Et omnes teſtimonium reddebant illi, & mirabantur in verbis gratiæ,*

quæ procedebant de ore eius. At ſubitò reterti liuidæ conſilio malitiæ ſuæ contra eum tumultuantur & inuicem cubito pulſantes, in hæc verba protumpunt: Vah, vah, non illum videtis? vnde formicæ alæ? quem ſe nobis hic conatur obtrudere? qualem ſe nobis depingit? quaſi vero illum minimè cognoſceremus. An non filius hic eſt Ioſeph fabri lignarij? Numquid non ipſe
I. Conuitia Nazarenorum in Christum
paruulus ille faber optimè nobis notus? Nonnè Mater eius eſt mulier illa paupercula, Maria? Eius fratres nonne ſunt Iacobus & Ioannes, & illi quidem adeo communes officiales, vt nemo illorum nobis non ſit cognitus? Vnde hoc illi, vt prædicet, & exponat ſcripturæ myſteria? Vnde illi virtus illa vt dicat, quod cum ad res tam arduas Spiritus S. delegatit? Et illo modo Christum deſpexerunt. Referunt has rationes Euangeliſtæ
Matt. 13. ſedula ſingularitate: *Dicebant: Nonnè hic eſt filius*
Luc. 4. & *Ioſeph? Nonnè mater eius dicitur Maria? & fratres*
Ioan. 6. *eius Iacobus & Ioannes, & Simon & Iudas? Et ſorores eius apud nos ſunt? Vnde ergo huic hæc omnia? Vnde ergo huic ſapientia, & virtutes? & ſcan-*
Marc. 1. *dalizabantur in eo.* D. Marcus addit quòd de illo ſparſerint: *Nonnè hic eſt faber?* Vnde, licet D. Au-
L. 2. de cō- guſt. credat, quòd hoc dixerint, quia credebant
cordia E- quòd filius eſſet Ioſeph fabri lignarij, D. tamen
uang. c. 42 Baſil. a. D. Iuſtinus Martyr. b. & D. Hieron. c.
a Libr. de arbitrantur, quòd Chriſtus actualiter opifi-
Conſ. mo- cium exerceret lignarij ſaltem in illo adiuuans
naſt. c. 4. Ioſeph vſque ad trigeſimum annum: quia
b In dial. quis credat, quòd toto tempore illo vixiſſet
cōtra Tri- otioſus.
phonem.

Res eſt plena ſtuporis, quàm cito homo quod
c Epi. 47. ceperat, iterum deſerat, & quòd prius approbauerat, poſtmodum reprobet. Videatur hoc in illo D. Paul: *Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in*
Ad Gal. c. 1. 6. *aliud Euangelium.* Notentur hæc duo verba *Sic*, & illud, *tam cito.* Tam cito, vt vix ſe cruce poſſent conſignare. Hoc dicere voluit, vt declarat D. Hieron. O tam cito. Ad primum ſermonem, ad primam rationem mutati eſtis, reprobaſtis, quod prius probaueratis, & Euangelium expuliſtis, quod ſuſceperatis. Ad primam tantum alterius doctrinæ, quam audiſtis, propoſitionem. O rem prodigioſam? Hoc Dei quoque populo contigit. Mandat Dominus Moyſi: *Vade, deſcende, peccauit populus, quem eduxiſti de terra Ægypti.* Perge, hinc deſcende, vide quid tuus ille patret populus. Vide quantam referant gratiam illi beneficio quòd eduxerim eos & liberauerim de ſeruitute Ægyptiaca, pro eo namque, vt patribus me ſtudijs colerent, idolum erexerunt, &

II. Eorum inconſtantia notata.

Exod. 32. 8.

falſorum Deorum ſuorum adorationem feſto ſolemni celebrant, illis altaria conſecrarunt, victimas obtulerunt. *Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis.* De cultu hyperduliæ, quem nomini meo debebant: cum vix pedem extulerint Ægypto, vix noua cœperint gaudere libertate, numquam illos aſſerui, quando mihi terga vertunt, & quæ optima prius approbarant, vt peſſima modo reprobant quando ſuæ libertatis acceperunt beneficium, quod tam cito retroceſſerint, malum eſt, quod terga mihi verterunt, at Tam cito. Tam modica perſuaſione, & rationibus adeo debilibus. O humanam inconſtantiam! mortalium leuitatem! quòd videant Nazareni gratiam, qua Chriſtus magiſterium declarabat quo pollebat in S. Scripturam, eiuſque interpretationem, quòd doctrinam eius audiant quæ quia talis eſt, omnium ſibi corda pertrahat, ſic vt quid diuinum in illo ac cœleſte venerentur: & quod tam cito, rabida corroſis eorum cordibus inuidia in illum inſurgant, eum aſpernentur, & in eius hæc dicant verba conuitium. *Nonne hic eſt fabri filius?* O exoticam inconſtantiam!

Diuina continent hæc verba ſacramenta. Primò: non parcam euidenter oſtendunt Chriſti virtutem, quam & ipſi fatebantur. Secundò eorum probant obſtinatam refragamque nequitiam. Regula eſt Philoſophorum, quòd ſubiti motus indicia ſint veritatis: cum enim non ex propria veniant deliberatione ipſi naturæ adſcribuntur, hæc autem non fallit, non errat: à ſuo namque mouetur auctore, Deo ſcilicet. Motus autem deliberati ſunt cordis indices & eius quod nobis proprium eſt, quia ex proprio conſilio oriuntur, & in hoc quiſque agit, iuxta illud quod pectore cordeque gerit abſconditum, huic quoque regula conuenit toties repetita Philoſophorum, quod qualis quiſque in ſe eſt, talē ſimiliter eſt ipſum, quod profert, iudicium. In Nazarenis ſubitanei tantum motus, fuerunque illi primi, quos habuerunt, quando legere cœpit Saluator ſcripturam, de eaque ſermonem inſtitueret, ſtupenda nempe admiratio gratiæ, & virtutis, quam aduerterunt, verborum eloquentiæ, doctrinæque celſitudinis. Quòd abſque dubio hinc proceſſit, quod tali modo Chriſtus concionem inchoaret, vt radios quoſdam ex diuina ſua facie ſplendidiſſimos emitteret, quibus ad ſe corda omnium alliciebat quia hoc illi, (teſtatur D. Hieron.) apprime erat familiare. *Ipſe fulgor certe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe venientes trahere poterat aſpectu.* His inopinatis motibus oſtenderent veritatem,

tatem, & excellentiam, quam in Chriſto cognouerunt, demonſtrârunt. *Mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.*

☞ 20 Porro confeſtim alia ſubſecuta ſunt iudicia deliberata, quæ prodierunt conſultando, & conferendo ſingula, quiſque proprio conformiter pectori ſuo, ac cordi, & inter ſe: quia diabolico cuncti liuore tabeſcebant, vnde & ipſum, eiuſque doctrinam ſunt dedignati, calumniantes, quòd vir eſſet infimæ, abiectæque ſortis, nullius ſtemmatis & hinc ortum eſt, vt illa omnia vili facerent quæ de illo per exteras regiones honorificè ſpargebantur, & de mirabilibus eius inter ſe colloquerentur, quibus omnibus erat admirabilis, quaſi de ſenilibus fabellis prodigioſis, figmentis Æſopique ludicris, omnia vt mendacia, vt præſtigia calumniarentur: hæc etiam illis indicabant, quæ eos dixiſſe narrat D. Marc. *Vnde virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?* q.d. exteros potuit hic ſuis dementare præſtigiis, & circumuenire mendaciis: illis vtique incognitus; nos autem, nequaquam poteſt, quis ſit enim, optimè nouimus, eius nos non latet origo, nec ignoramus, quod nihil habeat alicuius momenti, nec de quo ſit aliquid præclari expectandum eorum, quæ fama fert apud alios effeciſſe. Mirare, quæſo iniuſtas calumnias, & adeò irrationabilia conuitia, quantoque deſpectu cordis, ex praua malitia Chriſtum aſpernentur.

Marc. 1.

IV. Quia pauper eſt Chriſtus de ipſis deſpicatur.

Primò, eius vilipendunt natalium originem: quem vt Ioſephi, & Mariæ filium, pauperum, abiectiſſimæque fortunæ, hominem vellicabant. O malitioſam amentiam! quinimo eo intuitu Chriſtum magnifacere, & generis intelligere debuiſſent eminentiam: quia apud illos ipſis ſcommatibus nihil erat notius: nec vllos frequentiùs reuoluebant libros, quàm in quibus ſuorum natalium origo deſcribebatur: in tantum, vt neceſſe fuerit, D. Paulus Timotheo ſcriberet, vt fidelibus præciperet, illis ſtudijs non adeo inhærerent. *Ne intenderent fabulis, & genealogijs interminatis quæ quæſtiones præſtant magis, quam ædificationem.* Quocirca nouerant euidenter, quòd ille Ioſeph, illa Maria, (quos dicebant) filij eſſent legitima rectaque linea deſcendentes, ex magno illo Patre Abraham, ac regali ſtirpe, & familiâ Dauid, quòd ſimiliter orti eſſent ex legitima progenie plurium inclytorum Regum, Ducum illuſtrium, grauium ſacerdotum, eorumque proinde propago, totius orbis & vrbis eſſet nobiliſſima.

1. ad Tim. 1.

Ex his vero verius conſtat, eorum fuiſſe iudicium inuerſum, & omnino peruerſum, quali laborat mundus, qui natalium, ſtirpiſque ſplendorem non ex anteceſſorum alicuius iudicat eminentia, ſed ex opibus, & quas modo poſſidet, facultatibus, proinde poteſt quis habere progenitores Cæſarem Auguſtum, Scipionem Africanum, Gothoſque nominatiſſimos qui ſi cenſus ſit tenuioris, illum vt terræ filium, & nullius pretij: (a) habebunt, & vt talem, in poſtremum locum, nomenque reijcient. Per Prophetam Oſeam Deus expoſtulat contra peruerſos iniuſtoſque modos agendi Ephraim, de quo hoc primum redarguit, eum adeo delirare vt paſceret, ventremque ſuum impleret vento: (b) *Ephraim paſcit ventum.* Mundum hic, & mundanos intuere: quid magni faciunt, quibus ventrem implent? terræ facultatibus, cenſibus temporalibus, pecunijs, aruis, bonis mineris ipſo vento ſubſtantiæ. Iob audite. *Memento mei Deus; quia ventus eſt vita mea.* Quid eſt vita veſtra? ventus, ob eius debilitatem, paruam conſiſtentiam, alterationes, mutabilitates, ſi vita veſtra, quam Dauid nominat ſubſtantiam & fundamentum ventus ſit, qualia erunt eius accidentia? omnia ventus ſunt, & minus quàm ventus, ſi vita veſtra, teſte D. Iacob, *Vapor eſt ad modicum parens,* & aëre diſperſus, quid ergo illud erit, quod huic innititur? ventus, & vento minus ſunt opes veſtræ, aruorum iugera, pecuniæ, dignitates; his amens mundus paſcitur. *Ephraim paſcit ventum.*

21 ☞

(a) Vn ſi-ra tierra.

Oſ.c.12.1.

(b) Su principal Papo.

V. Ventus eſt vita hominis.

Iob 7.7.

Pſal. 38.

Iaco.4.15.

Addit deinde, quàm peruersè, quàm ſiniſtrè de rebus ferat cenſuram. *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.* Chanaan, non quod talis eſſet progenie: quinimo plurimum inter ſe Iudæorum ac Chananæorum origo diſcrepabat, ſed quia morum peruerſitate talis eſſe notabatur: ſic enim illos alloquitur Ezechiel. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan.* Manu, inquit, ſtateram appendit fallacem iniuſtam, qua quæque ponderat, qua multas committit iniuſtitias, & mille calumnias mille producit ineptias. Et quæ, precor eſt illa ſtatera? Pecuniæ, facultates. His omnia trutinat quem videt opibus ſuperbum, illum nobilem, illuſtrem, & doctum, & quidquid volueris, intitulat, & tantò plus his eum præfulgere iudicat, quanto erunt, aut ſenſit illum iſtis plus abundare, vnde dicit, quod hoc ſit eius idioma; *Et dixit Ephraim. Veruntamen diues effectus ſum, inueni idolum mihi.* Legit alia littera: *Inueni vim mihi,* habeat pecunias, & mundi totius nobiliſſima quali prætendit decorabitur familia, illumque vt

Ezec.16.3.

VI. Falſum mundi iudicium.

Oſee c.12. 1.

ipſorum Deorum filium extollent, ac prout Gentiles heroa celebrabant: *Inueni idolum mihi.* Facultatibus abundet & pondus habebit, propendebit eius ſtatera, atque illuſtriſſimus, nobiliſſimus, honoratiſſimus habebitur. O grauiſſimam calumniam, dicit Dominus: *Dilexit calumniam.* Quid igitur, num quia corporis deſunt pecuniæ, & animæ virtus debet deeſſe? quia crumenæ non inſunt nummi, debet cordi non ineſſe nobilitas? Hæc illa eſt proditoria fallaxque calumnia, quam Chriſto irrogant: & fallax illa ſtatera. Chriſtum appendunt: & quia videbant eos, quos vt eius parentes habebant, rerum omnium indigos, & illũ, ipſos contemptui habebant, omne quę vt viles reijciunt & mundi peripſema, quo modo, & parẽtes, & filium, omnemq; eius progeniẽ conuitijs proſcindunt. Hæc ſunt illa iudicia, quæ D. Iacobus ſugillat iniqua, eius, qui virum iudicat, ex eo quod aut diues eſt, aut pauper: quia quem opibus videt affluentem, honorat, reuereretur, auſcultat, ſedem offert aduenienti: Codrum autem mendicantem remoratur, iubet vt ſtet erectus, exſpectet, &c. *Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida,*
*Iacob. 2. 2. *introierit autem & pauper in ſordido habitu &c. Nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?*

§. 8. *Iniuriis Chriſtum laceſſunt: quia quod illum pauperem notarunt, nihil de illo magni crediderunt, contra ſtatuta medij ſicli.*

☞ 22 HVic calumniæ Chriſto illatæ, & aliam multò grauiorem addiderunt: non enim tantum eius progeniem contempſerunt, quia pauper erat, Ioſeph & Maria pauperes, quos parentes eius æſtimabant, ſed inſuper ex illo concluſerunt eſſe impoſſibile, vt adeo vilibus pauperibuſque quis natus parentibus, à rebus tam excellentibus commendetur, nec virtute, nec ſapientia, nec cœleſti gratia, nec poteſtate faciendi miracula, nec vllo bono talem poſſe decorari. *Dicebant: nonne hic eſt fabri filius, & mater eius Maria? vnde ergo huic virtus & ſapientia?* Quaſi eo, quod quis ſit pauperis lignarij, mulieriſque inopis filius, nihil

VI. Diues & pauper æquales ſunt.

poſſit habere laudabilis; quaſi Dei dona eiuſque gratiæ ijs eſſent alligata, qui parentibus glorientur opulentis, & dignitatum gradibus illuſtribus: quaſi vero non tantum haberent illos, aut coram Deo non tam eſſent recipiendis Dei muneribus capaces pauperes, quam diuites: quaſi vero non haberet animam tam cœli bonorumque ſupernorum capacem pauper quàm diues. Hóc inter cætera Iolani Deus mendicos, quòd licet in bonis, locis, officijs terræque ſedibus ſit inæqualitas, in bonis tamen cœleſtibus tantum poteſt pauper quantum diues, & poteſt is non minus ſeipſum ad ea promouere. Iuſtiſſimam de hoc Dei legem aduertimus præceptam Moyſi, vt populo promulgaret: Hanc ſcilicet quòd dum luſtrum iniret domorum populi (quod ſæpius faciebat) quiſque medium ſiclum ſolueret, quo valorem appenderet drachmis regalium, nec diues plus ſolueret, nec pauper minus. Statuta legis audiamus: *Quando tuleris ſummam filiorum Iſraël, iuxta numerum dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino &c. Diues non* Exo. 30. 12.
addet ad medium ſiclum, & pauper nihil minuet. Tantum dabit pauper, quantum diues. Domine, lex illa, ſaluo meliori iudicio, videtur iniuſta cum tantum exigat à paupere, quantum à diuite. Exploratum eſt, vnumquemque debere contribuere, ſuis conformiter facultatibus, ſi præcedat opibus diues pauperem, quid tantum à paupere, quantum à diuite expoſtulat? tantum dabit pauper, quantum diues. Quinimo & in lege purificationis præſcripſiſti, vt mulier ditior agnum offerret, pauperior autem: *Duos turtures aut duos* II.
pullos columbarum. Quia non tibi iuſtum videbatur tantum pauperiorem grauare, quantum ditiorem. Hic cœleſte latet myſterium. Erat hoc tributum à Deo impoſitum, oblatio quædam, quam volebat offerri ab vnoquoque in gratiarum actionem beneficij creationis, quod hominem creaſſet, animam illi infudiſſet rationalem. Hoc eſt: *Pretium pro animabus ſuis.* Levit. 12. 7. Si ſit igitur ad hoc, ſit æqualis pauperis atque diuitis oblatio: tam præclarã enim animam, & nobilem largitus eſt Deus pauperi quàm diuiti? tanta præditam capacitate ad bona cœleſtia, ad beatitudinem, ad diuinæ dona miſericordiæ, & quæ tanto polleat iure ad Deum, eius gratiam, eius ſacramenta, eius cœlum, quanto diuitis, nec vllum diſcrimen agnoſcimus.

Illud quoque D. Paulus expreſſit, dum ait: „*Non eſt Gentilis & Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* Audi, monet Diuus Ambroſius: *Et erit tanquam lignum:* ſymbolum, quod „nobis rex Dauid depinxit arboris illius cœleſtis, „in qua fructus omnigenos gratiarum donorumque reperiemus; *Erit tanquam lignum,* Alludens, „

ad e-

ad arborem illam celeberrimã, arborẽ vitæ, quam Dominus plantauerat: *In medio paradiſi.* Num ignoras quod docet Philoſophia, quòd illud dicatur ſtare in medio, quod æqualiter diſtat ab extremis? Talis eſt Chriſtus in bonum noſtrum, quantum eſt ex parte ſua: tam enim eum ſibi proximum habet pauper, ſi eum velit, quàm diues, tam paratus eſt accumulare diuitijs infirmũ, quàm ſanum, & plebeium quàm nobilem: idcirco namque inquit Diuus Ambroſius ſemper inuenies illum poſitum in medio. Quando naſcitur, in medio iacet duorum animalium vt prædixerat vates Abacuc; ſymbolum peccatorum Gentilium & Iudæorum: quando adoleſcit, in medio Doctorum ſedet in templo; quando viuit, agitque cum Apoſtolis? *Ego in medio veſtri ſum:* quando moritur, medius inter duos latrones exſpirat: quando à mortuis reſurrexit: *Stat in medio diſcipulorum ſuorum.* Ita vt quoad bona cœleſtia, quæ plenis buccis vocari merentur bona, & in ordine ad illa, & ad ſacramenta, quibus ſuam Chriſtus ditat Eccleſiam nulla ſit perſonarum acceptio: quia tanto iure ad illa gaudet pauper quanto diues, & omnium infirmus atque abiectiſſimus opilio, quàm Rex & Princeps nobiliſſimus: & omnium abiectiſſima vetula, quam domina omnium honoratiſſima.

III. Chriſtus ſemper in medio omnibus æque vicinus.

IV. Deus pauperes potentibus pauperes promouit.

Quinimo, ſi rem conſideremus, & per regulas operaque demetiamur, quæ Deus ſæpenumero in S. Scripturis expreſſit, ſemper amplius promouit pauperes quam diuites, & eminentioribus beneficijs donisque honorauit. Ecce, in primum regem ducemque populi virum eligit ab hominum memoria reiectum aſinarum agasonem. In huius ſucceſſorem apprehendit Dauidem, adoleſcentem imberbem adeo incognitum, vt nec in domo patris ſui eius recordarentur, quia ſemper cuſtodiendis paternis ouibus inuigilabat: *Suſtulit eum de gregibus ouium, & de poſt fœtantes accepit eum.* Amos in Prophetam aſſumpſit buculcum per Thecuæ deſerta diſcurrentem *Paſtor vellicans Sycomoros.* Danielem iuuenem miſerum captiuum ſuo perfundit ſpiritu, iudicem creat in cauſa illa tam illuſtri, qualis illa fuit in qua de Suſannæ capite diſputabatur. Eliam primicerium extollit Prophetarum, cuius vix nouimus originem, nec quis ipſe fuerit ſcitur. Eliſeum duplici implet ſpiritu adoleſcentem operarium, cuius erat exercitium ſequi boues arantes. Ipſemet proteſtatur, quòd ſuus ſpiritus, omnium gratiarum bonorumque ſcaturigo, ſuper pauperem, humilemque requieſcit; *Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & manſuetum?* Subtiliter hoc D. Gregor. Nazianz. expreſſit agens de operibus Spiritus S. & in quibus eadem operetur: *Hic ſpiritus, ſi paſtorem nactus fuerit, citha rœdum facit, peruerſos ſpiritus excantantem, atque Iſraelis regem deſignat. Si caprarum moros vellicantem, Prophetam efficit, Dauidem & Amos cogita. Si adoleſcentem elegantem acceperit, prebyterorum iudicem conſtituit, idque ſupra quàm ætatis ratio ferre videatur. Teſtis eſt Daniel, qui leones in lacu ſuperauit,* &c.

Pſal. 77. 70.

Amos c. 7. 14.

Iſai. 66. 2.

D. Gregor. Nazianz. Oratio in ſanctam Pentecoſt.

Hinc monet nos D. Iacobus, ne credamus eo, quo nos, modo Deum inire rationem, agendo, ſicut nos, cum acceptione perſonarum, & in noſtris negotijs ac contractibus, ditiores ac potentiores præferendo: *Fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Nomine fidei omnia dona & cœleſtia, & ſpiritualia Chriſti comprehendit: *Audite fratres mei; nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe: vos autem exhonoraſtis pauperem.* Vos precor attendite, quos Deus elegit miniſtros gratiæ ſuæ ac Euangelij principaliores. Nonne pauperes diſcreuit piſcatores, triuios, pauperes idiotas qui gymnaſia non frequentarunt, nec illa quidem viderunt? Hoc idem confirmat D. Paulus: *Quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus vt confundat ſapientes. Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.* (quia ſic conueniebat,) *vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Quanto magis mundi fortitudo deſideratur, tanto cœleſtis virtus elucet manifeſtius, atque in his tanto Deus brachij ſui potentiam declarat euidentius, quanto ſunt media, quæ ſuis deſtinat operibus, vtiliora. Hoc licet nobis proponere Nazarenis: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo?* Vnum Dauidem, alterum Ezechielem, hunc Danielem, illos Michæam & Amos? *Vos autem exhonoraſtis pauperem.* Vos autem exhonoraſtis pauperem Chriſtum, quia eò quòd talis ſit, vobis videtur, quòd habere non poſſit aliquod Spiritus S. donum, nec agere aliquid dignum memoratu. Hinc emanauit, quod *ſcandalizabantur in eo.* Emphaſim habet hoc verbum non minimam, & ſignificat, quòd nullam adhiberent fidem ijs quæ de Chriſto ſpargebantur præclariſſima. Conferebant inter ſe prodigia, ſigna ſtupenda, miracula celeberrima, quæ fama loquente percepetant, & hominem, quem ſuo iudicio cer-

23 V. Perſonarum acceptio diſſuadetur.

Iacob 2. 1.

1. Cor. 1. 20.

Iacob 2. 5.

VI. Nazarenorum ſcandalum.

nebant abiectum nullius ſtirpis ſummè contemptibilem, & in hoc ſcandalizabantur dicebãtque, implicat, hominem hunc ea patrare, quæ de illo diuulgantur. Nõ ſibi conueniunt, non correſpondent tanta miraculorum potentia, & tam abiecta generis nobilitas, quali hunc extractum eſſe nemo noſtrorum ignorat. Et hoc inter ſe muſſitabant: *Vnde huic virtutes, & hæc omnia?* Vnde? num ex eius natura? ex eius prætogatiuis? ex præclaro parentum ſtemmate? quidquid in illo notamus, abiectum eſt, vnde ergo tanta poſſunt prodire mirabilia, quanta de illo facta referuntur? q. d. Quòd ſeipſos alij fallant, & opera de illo credant, qualia dicuntur, non miramur: quia, quis ſit, non agnoſcunt, nec eius perſpectam habent infirmitatem, nec eius aut familiæ ſuæ nullam dignitatem, nec parentum, ſtirpis, fratrumque genus norunt obſcuriſſimum. Porro quoad nos, fallere non poteſt, etenim illum nouimus intus & in cute (a) *Scandalizabantur in eo.* Generatio praua, præpoſtera, atque peruerſa, cum enim de Chriſto præclarè ſentire, eumque magni pendere debuiſſent, ex ijs quæ illo perceperant, magnalia, illis tamen fidem denegant ex eo quòd de ipſo viliter iudicarent.

(a) *Aduerte pro diras nuncias.*

24 VII. Superbus bona ſua in ſe, at in proximo mala conſiderat.

Hos illis comparo rationis expertibus quos Spiritus S. *Filios Belial* arguit: cum enim illis Dominus in Regem vnxiſſet Saul, defenſorem, qui de poteſtate redimeret inimicorum, & in priſtinam aſſereret libertatem, ſeruaret, mox vt illum viderunt, & ſtirpis eius infirmæ, viliſque proſapiæ recordantur, parentum memorant natales eoſque vulgares, & obſcuros, aſpernati ſunt, dedignati ſunt, arbitrati ſunt, omnes eius vires excedere, quòd animus illi foret regi conueniens, principiſq; Monarchæ vigeret conditionibus, cui tam ignobilis parentum erat proſapia. *Filij Belial dixerunt. Num ſaluare nos poterit iſte? & deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera.* q. d. hoc quòd modo Nazareni: *Vnde huic potentia? vnde virtutes, &c.* Proprium opus hoc ſuperbiæ, oculos in propriam conijcere dignitatem, & in cæterorum vilitatem, vt illos dedignetur D. Gregorius ex occaſione declarandi verba Iob: *Omne ſublime videt; ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ:* de ſuperbis agit & humilibus. Quid rei quid cauſæ ſit, quòd ſuperbi Sanctos humiles deſpiciant, & humiles ſancti ſuperbos magnifaciant peccatores. Et ratio confeſtim aſſignatur: eo quòd inflati ſuperbiâ oculos conijciant in bonum aliquod, quòd in ſe habent, & in defectum aliquem, quô cæteri laborant.

1.Reg.10, 27.

Lib.34. Mor. c. 14. vſque ad finem. Iob.41. 25.

Nihil tam bonum, quòd non aliquo laboret defectu. Perdici bonum & ſanum eſt pectus, porrò ſi veſiculam gutturis vel membranulam interiorem comedere volueris, lapillis inuenies repletam, qui tibi dentes confringant. Nihil tam malum quod non aliquod habeat bonum. Serpens virtutem habet cordialem pro theriaca, quæ venenum tollit, ipſe tamen veneno turget. Superbus in ſe bona quæque perpendit, in proximo verò defectus exaggerat, vnde & ſeipſum inaniter æſtimat, alium autem temerariè vilipendit; & hinc contemptus iſte naſcitur, quo ſuperbus humilem aſpernatur. Humilis verò è contra, proximi virtutes dotaſque conſiderat, & ſua in ſe peccata ſedulus inueſtigat, vnde & ſeipſum dedignans deſpicit, & proximum quantumlibet grauem peccatorem ſibi modeſtus anteponit. Quantum tribuebat David Sauli regi licet improbo? Et quantò ſe illo faciebat inferiorem? Ratio datur, quòd in illo David attendebat, quòd rex eſſet & vnctus à Deo, in ſe verò, quòd infimus eſſet & in paterna domo natu minimus, ex tribu pauperè progenitus: vnde Regem ſic affatur: *Quem perſequeris Rex Iſrael? quem perſequeris* (Attende, precor, quis ſum) *Canem mortuum perſequeris & pulicem vnum.* Adeſt Gregor. *Certè iam vnctus in Regem fuerat David, iam exorante Samuele, & cornu ſuper ſe oleum fundente didicerat, quòd eum diuina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula poſſidenda ſeruabat, & tamen perſequenti aduerſario mente humili ſe ſubſternebat.* Ex quibus D. Gregor. horum confirmat verborum veritatem: *Omne ſublime videt.* Quòd ſcilicet proprium ſit ſuperbo per Leuiathan deſignato, non niſi ſublime & excelſum quòd in ſe eſt, demirari, & vile quod in alijs eſt, attendere, quo fit vt alios dedignetur, vt exemplo patet in his Nazarenis, qui hoc tantum in Chriſto perpendunt, quod humile, quod in oculis eorum abiectum reputatur, & nequaquam eius doctrinæ ſublimitatem, & miraculorum conſiderant excellentiam. In ſeipſis ſtirpis ſuæ conſiderant eminentiam, quod de Patriarcha deſcendant Abraham & nequaquam vitia & peccata, quæ illos poterant humiliare, vnde & Chriſtus apud eos nullo in honore habebatur.

VIII.

1.Reg. 24.

IX.

Patebit modò euidenter, quam iuſta de cauſa Chriſtus de illis poſſit lamentari, & quàm nullum ſit fundamentum, quo ipſi irritantur, vt deponant de Chriſto querimonias, cum ipſi in Chriſto etiam illud vilipendant, quòd primo loco habere debuiſſent, & nullius pretij ducunt, quod attentius

expe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ expenſum agnoſcere debuiſſent, vt omni vene-
„ ratione. Ita vt multifariam, multiſque modis hi
„ Nazareni conciues, Chriſtum iniurijs exagita-
„ runt, ſummamque ſunt machinati calumniam.
„ Nihilominus, cùm Chriſtus ea de cauſa, & de-
„ beret & poſſet contra eos vehementiùs expoſtu-
lare, proſiliunt illi tamen querelis corde formatis acerbioribus, in illumque conijciunt, obloquentes: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Verba quæ in ſuperficie tantùm querelas in Chriſtum comprehendunt; q.d. Ergone fieri poſſe credimus, vt adeò ſis exteris nationibus liberalis, adeò beneficus vt iſta probant quæ de te vulgantur & in illis operaris, nominatim autem Capharnai: patriæ verò tuæ ſis adeò parcus & auſterus, vt ne vnum eorum quidem in illa perpetres miraculum? Attamen ſi ea penitiùs inſpiciamus, ſimul cum querela diabolicum explicant deſpectum operum magnaliũ, quæ de Chriſto, fama peruolante ſpargebantur; & quaſi illi in faciem obijciant, quòd quidquid operatus fuiſſe dicebatur alijs ciuitatibus, maximè Capharnai, meræ eſſent ludionum imposturæ. q.d. Ex tot operibus prodigioſis qualia rumor de te celebrat exterorum qui te non cognoſcunt: *Fac & hic in patria tua*, qui vique te cognoſcimus, & nouimus quouſque tua lineea protendatur, & brachij tui fortitudo perueniat. Compertum eſt, quòd illa hic non facias, quia cum animi tui nobis intima pateant, abſit vt nos velut Capharnaitas in fraudem illicias aut circumſcribas. Ecce hic quòd ait Iſaias: *Exſpectaui*
Iſai. 5. *vt faceret iudicium, & ecce clamor.*

§. 9. Amen dico vobis. *Euidenter probat Chriſtus, quod ipſe ſit, qui merito de ſuis poſſit ciuibus, non illi de ipſo conqueri.*

☞ 23 RESpondet illis Chriſtus: *Amen dico vobis: quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.* Claro clauum pellit hoc adagio illum redarguunt: *Medice cura teipſum.* Erat hoc adagium, quo vtebantur, illum arguendo, qui neglectis proprijs curabat aliena. Reſpondet illis alio Prouerbio: Nemo Propheta, &c. hoc etenim eſt, quòd communiter dicimus. (a) Vult Saluator iiſdem argumentis quibus illum impugnant, ipſos conuincere, ac oſtendere luce clariùs, quòd in eo ipſo, de quo illum reprehendunt, ipſimet delinquant arguendi. Nemo negat quin ex lege naturæ multo ſtrictius adſtringatur, filius patriæ ſuæ, quàm alienis. Attamen hoc eodem modo, quod propria patria, magis proprijs filijs ac indigenis, quàm alienis ſeu exteris obligetur: liquido namque conſtat, quod ſtrictius patria tua teneatur, alere te, defendere, tueri, quam exteræ regiones quia patria tua, tua eſt velut mater propria, & omnibus eſt in conceſſo, quòd arctiùs teneatur mater, quæ proprijs filium genuit viſceribus, illi ſuccurrere lacte ſuo, ſubſidio, præſidio, quàm cæteræ mulieres. Huius principij rationem aſſignant philoſophi; quare terra vigoroſius ſuccurrat, alat potentius, & conſeruet integriùs herbas naturales, quæ in illa, & ex ea pullulant, quàm plantas adductas aliundè, in tantum, vt naturales vix poſſit agricola exſtirpare radicitus, quantumlibet fodiat, aret, & euellat, illas vero alijs natas regionibus, & tranſplantatas nullo labore euellat quas ipſa ſinit terra exareſcere. Cauſa hæc eſt, quòd illarum mater eſt naturalis, quæ, ſicut talis, illas ſuis eduxit fœcunda viſceribus, aliarum verò eſt velut nutrix ſeu nouerca, cui filij alienigenæ nutriendi commendantur. Ego, reſpondet Chriſtus, legi ſatisfeci naturali, cum pluribus patriam, quam cæteras omnes regiones officijs deuinxerim. Ego, notans quàm parua me patria coleret exiſtimatione, & ſedulò perpendens illi non profuturum, ſi primo me in illa impetu declararem, meamque proponerem eſſentiam, illam priùs ſtudui maiori diſponere conceptui, talium extra illam & in circuitu exhibitione miraculorum, quæ velut inaudita ſtupendaque diuulgarentur. Ego ipſe non inuitatus acceſſi, illi quidquid habebam, quidquam poteram, quidquid illa poſſet exoptare liberaliter offerens, idque tam perfectè, vt in eum finem, me loco ſtatuerim publico, id eſt in Synagoga, die concurſus populi copioſioris, nempe Sabbato. Hic ſteti, velut mercator ad nutum paratus, cuique quòd libuerit elargiri; ſimul quoque cunctos inuitaui.

Proinde nemo me, quòd patriæ defuerim redarguat, ipſa quidem mihi defuit: cum etenim deberet, magiſque teneretur, quàm reliquæ regiones, recipere, me revereri, eſſentiam meam honorem meum tueri, velut proprium ſibi filium, nedum hoc non agit, quòd cæteræ regiones, quinimò ipſam ſolam accuſo, quòd vſque modo me deſpexerit infidelis. Cæteræ, me licet attenderint vt alienigenam, honorarunt tamen, receperunt, defenderunt, reueriti ſunt, doctrinam meam exceperunt, conciones meas intellexerunt, meam fidem ſuſceperunt, perſonam meam complexi ſunt, proprias mihi tradiderunt animas

Marginal notes: (a) El juzgar del pueblo nunca hizo buen fin. — I. Si ciuis teneatur patriæ & ipſa illi debet. — II. Similitudine declaratur. — III. Nazareth Chriſto defuit, non ipſe illi.

animas & corda. Verùm patria mea, nedum horum aliquid non fecit, quin potiùs omnia patrauit oppoſita, patria præpoſtera. Cæteræ me ciuitates inuitârunt, rogârunt, inſtiterunt; vt ad illas dignarer venire, patria mea, ne vel vnicum mihi nuntium, vt venirem deſtinarit, ſed nec ſigno vllo declarauit, ſe aduentus mei teneri deſiderio; & ſi proprio non veniſſem motu, numquam me ſibi pallio attraxiſſet; In alijs ciuitatibus eò confluebant vbi prædicabam, quærebant me ſollicitè, me rogabant inſtanter, illis requens prædicarem. In patria mea, ciues meos quæſiui prior, illos præueni prædicaturus. Apud alios veni prædicaturus, vt Dominus, vt doctrinæ, vt legis auctor primarius, nec alijs quàm meis confirmans dictis concionem: hic autem, quo tollatur occaſio detrahendi, quòd mihi multum nimis adſcribam; volui prædicare; ſicut ordinariè cæteri concionantur Doctores, ac prædicatores, thema præmittens, & confirmans ex S. Scripturæ ſententijs.

☞ 26 Inſuper & in hoc probroſas in Chriſtum effudit patria criminationes. Mos inoleuerat, quòd congregatis ſimul in Synagoga Iudæis ad concionem, ſi quis fortè superueniret externus famâ vulgatiſſimus, illum non petentem Principes Synagogæ & Magiſtratus conuenirent, vrgerent, vt populo Dei verbum proponeret, mœſtumque doctrinæ dulcedine ſolaretur. Ita factum legimus Antiochiæ cum D. Paulo & Barnaba, nam Sabbato Synagogam introgreſſos, vbi populus aderat ciuitatis Dei verbum auditurus, adierunt Principes Synagogæ, rogâruntque ad populum haberent concionem. *Ingreſſi Synagogam die Sabbatorum ſederunt, Poſt lectionem legis, & Prophetarũ miſerunt Principes Synagogæ, ad eos, dicentes. Viri fratres, ſi quis eſt ſermo in vobis exhortationis ad plebem, dicite.* Tum D. Paulus ſurrexit exhortaturus. *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait. Viri Iſraelitæ.* Cum autem auditoribus ſermo placuiſſet prædicantium, illos deprecati ſunt, quatenus dignarentur illis hoc officium præſtare, Sabbato ſequenti haberent quoque concionem, & ad illam excipiendam totius confluxit populus ciuitatis: *Exeuntibus autem illis, rogabant ut ſequenti Sabbato loquerentur ſibi verba, &c.* Porrò cum Nazaræi tam præclara & honorifica de Chriſto eiuſque doctrina percepiſſent, nam in Synagoga ſedenti vbi ad prædicationis verbum omnes conuenerant, nullus fuit, qui vel aſſurgeret humanus, vel eum hoc dignaretur honore poſtulans vt populum hortaretur: ſed ipſe ſemetipſum debuit inuitare, ipſe ſponte ſua conſurgere, ipſe non oblatum vltro à miniſtro, librum flagitare. *Intrauit in Synagogam, & ſurrexit legere:* q. d. ipſe coram omnibus aſſurgens, petijt vt librum legere, vt ſibi prædicare concederent.

IV. Vetus Iudæorum conſuetudo.

Act. c.13. 19.

Act. 13. 41

Tandem in alijs regionibus illum gaudentes exceperunt, attenti auſcultârunt, humiles honorârunt, ciues ſe fidei fideles ſubdiderunt, & eius (iam credentes) perſonam publicè quis eſſet fatebantur. Quid in Chriſti gloriam fecerunt Samaritani, paulò antè, illo accedente, permoti tantummodo illis quæ illis mulier hydriam aquæ baiulans intimârat? Quid illi de Galilææ locis ſuperioris? quid præſertim Capharnaum? quo non humili cultu Chriſtum excepit Centurio, totaque legio Romani imperij præſidiaria? quid de Principe referam Synagogæ, qui Chriſti pedibus aduolutus filiæ rogauit & impetrauit reſuſcitationem? quid millenos commemorem infirmos? quos ibidem priſtinæ reſtituit incolumitati? Et ipſi dæmones illius regionis, tantis illum quis eſſet, clamoribus euulgabant, vt necesse fuerit, illis Chriſtus ſilentium imperaret. Verum enimvero in patria quid in eius gratiam fecerunt Nazareni? Ibi Chriſtum exſibilârunt, eius parentes, ſtemmaque adeo illuſtre nullo loco habuerunt: perſonam eius vt agreſtem exploſerunt, eum, eiuſque mirabilia deriſerunt, imo doctrinam eius ac ſapientiam vt inconcinnam ſubſannârunt. Videamus, inquit Dominus, vter in alterum delinquat, vter de altero loquatur impiè? Vos, vos inquam accerſo, vos in me deliquiſtis, vos malignas de me voces in vulgus ſparſiſtis: & cum ego poſſem ac deberem contra vos expoſtulare, vos de me conquerimini: *Exſpectaui iudicium & ecce clamor.* Vos eſtis de quibus & iuſtiſſimas querelas depono: quia vos ſoli conuitijs mecum egiſtis, cum me licet peregrinum peregrini tali, quali vel paucos, honore coluerint. Hoc quoque ſuperaddo, vobis verſum eſt in conſuetudinem, hoc parentum veſtrorum facinus, eo modo veridicos Prophetas Eliam & Eliſeum exceperunt, qui non niſi de indignis iniurias pertulerunt, vnde non niſi peregrinis ſua contulerunt grati beneficia. Elias viduæ de Sarepta, Principi Syrorum Eliſeus, de quibus poſtmodum.

V. Peregrini ... Chriſtum affectu & ...

§. 10. *Nullam ad Chriſti miracula habebat Nazareth actionem, quorum acceperat à Patre poteſtatem.*

27 A*Men dico vobis, non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua.* Liquet hic quā iuſtè nobiſcum agat Deus vt in iudicium intrare velit, & rationem exponere, atque eorum quæ facit aut facere omittit dare ſatisfactionem nulla licet ratione conſtringatur. Facilis ſatis & obuia dari poſſet reſponſio Nazarenis, quòd in materia miraculorum, & diuinæ operum miſericordiæ, nulla ſit allegenda iuſtitia, aut natura, in illis etenim maior non eſt huic quàm alteri ea faciendi obligatio, & ex Dei mera ac libera pendent illa voluntate, teſte D. Paulo: *Conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti diſtributionibus, ſecundum voluntatem.* Ita Diu. Ambroſ. *Non ſanabat conſortes, non curabat ciues, voluntatis enim eſt hæc medicina, non gentis, & diuinum munus vatis eligitur, non natura iure defertur.*

I. Gratuita ſunt dona Dei eōe debita. Hebr. 2. 4. D. Ambr. Cap. 34. Luc. de Elisæo Tom. 3.

Grauiter expendunt S. Litteræ crimina Regis Manaſſes impijſſima, quæ tanta fuerunt vt Deum irritarent atrociter adeò, vt totum voluerit populum exſtirpare, de quo ſic D. Hieronym. *Certiſſima eſt traditio apud Iudæos Iſaiam de ſua prophetaſſe morte, quod ſerrandus eſſet à Manaſſe ſerrā ligneā. Vnde & noſtrorum plurimi illud quod de Sanctorum paſſione in Epiſtola ad Hebræos ponitur ſerrati ſunt, ad Iſaiæ referunt paſſionem.* Ita vt, tam ex hoc quàm ex alijs conſtet ſcelera Manaſſes fuiſſe nefandiſſima. In eodem quoque L. Paralipomenon ſecundo notat pariter Spiritus S. Regis contriti pœnitentiam. *Egit pœnitentiam valdè coram Deo.* Subiungit in Gloſſa Rabanus *Audita pœnitentia Manaſſe nemo debet de Dei miſericordia deſperare, ſed magis per pœnitentiam præſumere de venia.* Notetur attamen loquendi modus. *Egit pœnitentiam valde coram Deo.* Quòd ipſe Deus magnam cenſuerit Manaſſe pœnitentiam. Ille qui peccati nouit grauitatem vidit pœnitentiam, & placuit: quia parum eſt, quòd illi culpam remiſerit, inſuper & de vinculis eripuit, regnoque reſtituit: magna magnam poſtulant peccata pœnitentiam. De quo Glicas, res digna memoratu: peccat filius eius Amon, cuius obitum Spiritus S. enarrat, de eoque ſic proloquitur. *Fecit malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius & ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius, ſeruiuitque immunditijs &c. Tetenderuntque ei inſidias ſerui ſui, & interfecerunt Regē in domo ſua.* Dicit Glicas. *Operæ pretium fuit inquirere, quamobrē Deus Manaſſes quidem pœnitentiam exſpectauerit, ſed non filij eius Amon, quem inſtar segetis demeſſuit.* Manaſſen vinculis abſoluit, & in Babylonia captiuū reducit Hieruſalē ad peccatorum cor mouet pœnitentiā, recepit in gratiam, regnoque reſtituit: hunc vero propria in terra deſerit in peccatis obduratū, & finali impœnitentia diſcedentem. Quid igitur egit? An non vtriuſque idem animus? Pater eius veſtigia reliquit, quibus hic inceſſit, pater eius de peccatis doluit hic pertinax in illis ſubita hinc morte rapitur æternū periturus. *Nimirum cogitationem quidem prauam apud animū inſtituit, cum ſecum ita loqueretur: Pater à puero multa ſcelera fecit, at in ſenectute pœnitentiā egit. Quamobrem & ipſe hac in ætate pro animi libidine me geram, & deinceps ad Dñm me conuertam. Hac igitur de cauſa Deus pœnitentiam ipſius non exſpectauit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus eſt melior.* Quæ mentis veſania? patri meo miſericors Deus indulſit, indulgebit & mihi. Vt omnibus pateat, quòd nulla ſuppetat ratio, vt dona gratiæ, quæ Deus quibuſdam concedit, concludant homines ea alijs quoque concedenda, ſed nec ex iuſtitia prætendant peccatores ſuorum veniam delictorum, quām Deo placuit mera ſua benignitate alijs elargiri. Proindè Chriſtus Nazarenis indicauit, quod in operibus gratiæ ac miraculorum, quæ ex diuino pendent libero beneplacito nulla ſit iuris actio proferenda, aut naturæ conſortium: in illis etenim non vni magis quàm alteri Deus obligatur.

Dirus Hier. In c. 57 Iſaie. Tom. 2. — 2. Par. 33. — Raba. — II. Manaſſe ex miſericordia veniā cōceſſit, nō filio Amon ex iuſtitia. — 2. P. Annal. & habetur in Gloſſa. — 4 Reg. 21. 20. Glic.

Tenetur quis amplius natali ſolo, ratione eius quod ex illo habet. Poteſtatem miracula patrandi, non à ciuitate ſua non à patria Chriſtus terrena, ſed de cœlo, ſed de Patre acceperat, vnde nec illa terrenis legibus diſpenſanda, ſed æterni Patris ſui voluntate diſtribuenda. Sic conſanguineis ſuis reſpondit Apoſtolis, qui ſibi titulo conſanguinitatis, & patriæ poſtularūt illis ceteris auctoritate & poteſtate præſtantiores eſſe concederet, & cathedras ſuæ proximas obtinerent occupandas. Illis reſpondit, quòd inordinatè procederent, non enim poteſtatem primas in regno ſuo cathedras concedendi acceperat à natura in qua illi erant propinqui, ſed eam ſibi Pater cœleſtis cōceſſerat, proinde nullum ius ad illas prætendendas aliud eſſe quàm liberam æterni Patris ſui voluntatem. *Sedere ad dexteram*

III. Chriſtus denegat Apoſtolis iure propinquitatis primas in regno cathedras. — Matt. 20. 22.

dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

Quæſt. 56

Ex his optimè declarat D. Iuſtinus Martyr quæſtionem ſibi ab infidelibus propoſitam, ex hiſtoria de nuptijs in Cana Galilææ dū Virgo Sanctiſſima filio vini defectum aperit in hæc verba: *Fili vinum non habent*, quod tantum valet ac ſi rogaret, illi tam vrgenti ſuccurreret neceſſitati, infinito potentiæ ſuæ miraculo; cui reſpondit: *Quid mihi, & tibi eſt mulier?* Sonant hæc verba magnam vt videtur mentis auſteritatem, aculei mordacitatem, quinimo, & non minimā habent difficultatem: quia communi S. Scripturæ loquendi formula ſignificant: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Quid mihi tecum & tibi mecum negotij, quæ vtriuſque conuenientia? ſic alteri reſpondit Iehu. *Quid tibi & paci?* Et vxor reſcripſit Pilato: *Nihil tibi & iuſto huic.* Quinimo & Christo diabolus: *Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi?* Cui alludit, ni fallor, Apoſtolus dum ait: *Quæ ſocietas luci ad tenebras, quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?* Quantum ſapio, ô Chriſte, verbis his innuis, quòd non plures æſtimes, aut magis ad te pertineat mater tua, quàm ipſe diabolus: quia iiſdem matrem à te, ac dæmonem, verbis eliminas: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Horrebant aures Gentilium illa Chriſti ad matrē verba aſperiora & D. Iuſtinum interrogant qua iuſta potuerit ratione matri tam durè reſpondiſſe: Quibus ſic D. Iuſtinus reſpondit.

Ioan. 2. 3.
IV. Chriſti ad matrē verba enodātur: *Quid mihi & tibi eſt mulier.*
Ioan. 2. 3.
4. *Reg.* 9. 18.
Matt. 27.
Luc. 8. 22.
2. *Cor.* 6. 14.

Primo, nullam hæc verba ſpirare mentis commotionem, aſperitatem, aut dedignationē, quia quàm primùm illa virgo Deipara intellexit, mādauit miniſtris ea omnia, quæ filius ordiret, ſedulò perficerent, vt & fecerūt: *Intellexit Deipara, filij loquentis tam verba, quam animum, quo illa proferebat, ideoq; miniſtris dixit: quodcumque dixerit vobis, facite. Deus bone: Virgo Deipara, nonne filius verbis te repulit, quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Nonne miraculum denegauit? Cur igitur miniſtros mones, vt quidquid dixerit, exequantur.* Intellexit verba hæc non inferre repulſam, nec præferre commotionem, non adferre dedignationem, imo collegit velle filium facere, quod mater requiſierat.

D. Ivst. Mart.

☞ 28 Secundo (reſpondit D. Iuſtinus) dicta fuiſſe hæc verba, vt iiſdem Eccleſiam de vera inſtrueret fide, eiuſque principali fundamento. Prænouerat Chriſtus orituras hæreſes, quæ docerent, quòd Chriſtus in omnibus, & per omnia dependeret à matre, nec aliud haberet eſſe, non aliam naturam, non virtutem aliam, niſi illam, quam de maternis hauſerat viſceribus, ac proinde nullo modo illa fuiſſet anterior. In eum igitur finem talia protulit verba, quibus euidenter confitetur & proteſtatur, nobiſque omnibus intimat, quòd præter humanam naturam quam de virgine ſumpſerat, aliam quoque haberet diuinam omnimodè ſuperiorem, iuxta quam, nec modicum, nec multum ab illa aut procedebat vt filius, aut dependebat vt minor; licet autem ex natura humana illam agnoſcat vt matrem, illique ſubijciatur, diuinæ tamen naturæ reſpectu, non vt talem agnoſcit, nec in vllo ſubijcitur matri, & ſicut ſecundum illam non ab illa dependet, ſic nec ſecundum omnipotentiam, patrandique miracula poteſtatem; verba profero D. Iuſtini: *Reſpondebit Virgo: Neque me filius repulit, neque miraculum denegauit, quid ſibi velit ego intelligo. Non me n ſed veſtra cauſa ſic locutus eſt. Præſciebat ab Euangeliſta ſcribenda, & tradenda poſteris. Deus erat, Deum ſe eſſe, cum primū miraculum fecit, neque eam à me naturam habere, id eſt, diuinam, qua miraculum facturus erat, voluit indicare.* Hæc eſt illa ipſa reſponſio, quam poſtmodum eidem dubio dederunt D. Aug. ac D. Greg. Matri voluit Chriſtus innuere. Reſpondet D. Aug. *Quod de me facit miraculum, non tu genuiſti, diuinitatem meam non tu genuiſti.* Matri dicere voluit inquit D. Greg. *Ex miraculo, quod ex tua natura non habeo, te minimè cognoſco.* Plus ſatis congruenter hac occaſione poterat hoc Chriſtus reſpōdere Nazarenis: *Quid mihi & tibi Nazareth?* Miracula à me ſub iure filij tui repoſcis? Et quid mihi tecum in hoc eſt commercij? Num forte ex munere tuo hac polleo poteſtate? De te ne mutuaui? Nec illam ex te habeo, nec illam mihi tu dediſti, nec huius te ratione velut matrem agnoſco, Patrem tantummodo cœleſtem agnoſco, ex quo illam habeo, ille mihi eam communicauit.

Infra. Matt.

D. Aug. Tract. 8 in Io. Ev.
D. Greg. Lib. 1. ex reg. Ep. 44. ad Eulogium Patriarc. Alexand.

V. His ſuppoſitis nullus in terra poterat titulo debiti ſeu iuſtitiæ, ſed ex mera gratia, repoſcere miracula, cum in operibus gratiæ, nulla admittatur querimonia, cur illi, & non mihi? quia ex Dei pendent libera voluntate, ex mera quoque fiunt liberalitate; nec non poteſt quiſque ſuum in illis habere beneplacitum, abſque eo quod alius ſibi conqueratur factam iniuriam. Quàm inſulſa querimonia: cur non me tam nobilem atque alterum Deus creauit? Vt quid illi proſperam largitur diuturnamque valetudinem, mihi nec vnum concedit diem ab infirmitate liberum? Quæ ratio, vicino meo tribuendi facultates, vt omnia ſuperefluant: me vero omni humana ſinat ope ſpoliatum? Amentiam ſaperet

In dandis & miraculis nulla ... querimonia.

(inquit D. Paulus) ſi de vaſis figuli catinus quereretur de figulo quod ſe non finxiſſet diſcum, & diſcus mediocris, cur non maiorem? *Numquid dicet figmentum ei, qui ſe finxit: quid me feciſti ſic?* Congrua iuſtaque fuit, patrisfamilias illa ſententia quando operario ſoluerat, quod ex conuentione facta iuſtitia illi tenebatur, quia obloquebatur quòd non eodem modo cum illo, atque cum altero ageret, cui ex gratia tantumdem conceſſerat reſpondit: Amice, num tibi ſolutum eſt quod debetur? ſolutum eſt Domine; ergo nullam tibi facio iniuriam, ſi plura tibi non tribuam, quam hæc, nec tibi tantum

Matt.20 14.

quantum alteri. *Tolle quod tuum eſt & vade: volo autem huic nouiſſimo dare &c. Non facio tibi iniuriam. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?*

§. II. Fac & hic. *Iuſtorum iudicium æquale eſt, ex operibus iuſtitiæ trahendo exemplar.*

19 HOc intereſt diſcriminis inter opera iuſtitiæ & gratiæ, quod ſint illa ſecundũ legẽ debiti, habeant rationem, fundent & faciant comparationem ad alios: opera verò gratiæ, ſupra legem ſint, & ad illa ſufficit mera efficientis voluntas, proinde nec rationem agnoſcunt debiti, nec ad alios exemplaris. In vincula Rex conijcit, viatum obſeſſorem, & ſecundum iura procedens, reum addicit patibulo. Opus illud fundat exemplum alijs efficax, & publico præcone Rex proclamat: vt iuſtum ſit illi ſupplicium, ceteris autem terror, & ſciat qui talia perpetrat, quod talia patitur. Attamen alteri Rex indulget miſericors, qui iam ad infimum hærebat patibuli, ſuo beneplacito, & ſolum quia illi ſic lubet. Hoc non opus eſt iuſtitiæ, ſed gratiæ, nec ſecundum legem, ſed ſecundum voluntatem, proinde ceteris non fundat exemplum, nec quilibet poteſt prætendere latro pœnæ remiſſionẽ, quæ concedebatur alteri. Hinc oppoſitè trahit Spiritus S. rationem cur iuſti quantalibet virtute meritiſq; conſpicui, tremore premantur continuo, peccatores verò quantò pluribus inquinantur ſceleribus, tanto ſunt tranquilliores, & ſe credunt eſſe ſecuriores: *Qui timent Dominum, inuenient iudicium iuſtum, & iuſtitias quaſi lumen accendent, peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem.* Magnum inter iuſtos & peccatores intereſt diſcrimen. Iuſti ſapientes

I. Iuſti ſemper Dei timent iudicia. Eccl. 32. 20. Eccl. 5. 1.

prudentes ſunt: *Sunt iuſti atque ſapientes.* Optima conuerſio iuſti ſapientes: Oſtende namque mihi virũ iuſtum & ſanctum, & tibi monſtrauero ſapientem. Econtra peccatores cognominat Moyſes ſtultos & mente captos: *Gens abſque cõſilio eſt, & ſine prudentia.* Cum ſint iuſti ſapientes, ſapienter iudicant iuſtumque proferunt iudiciũ; *Iudiciũ iuſtũ;* oculis quoque ſuis præferunt, velut accenſas faces opera diuinæ iuſtitiæ: *Iuſtitias quaſi lumen accendẽt.* Qui noctibus aliquid conatur efficere, tenebris impeditus, igniariũ ſumit, & bis terue lapide ferri acie percuſſo ſcintillas colligit, ex quibus lumen accendit, quo dirigatur: Omnes tenebris inuoluimur craſſiſſimis miſerrimæ Ægypti, mundi: *Nos quippe obuoluimur tenebris.* Quotieſcumque viro iuſto ac ſancto aliquid offertur agendum; ad quod proprio ducitur appetitu, ſeu allicitur delectatione: ne à recto deuiet intellectus igniario lapidem ferit fortiſſimum, ſacras inquam hiſtorias Scripturæ, & hinc iudiciorũ Dei lumen elicit, quo illuminetur, quo dirigatur. Si conſcendere velit ad altiora cogitando, vaniſque diſtendi prætenſionibus, ſibi ponit ob oculos, tremendum Dei, cum formoſiſſima omnium creatura, iudicium, nimirum Lucifero, & mirabilis Angelorum ipſis ſideribus pulchrioribus: illos etenim ob ſuperbiæ tumoriſque cogitationem, de cœlo præcipites ad ima tartari deiecit cruciandos: & attenta mente conſiderat, quod nobis propoſuit Apoſtolus Petrus. *Si Angelis peccantibus Deus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos &c.* Si titillet illum affectus, vt manum mittat ad vetita, confeſtim Adami producit iudicium: quem quia vetitum ſibi præripere ſtuduit pomũ comedens tam ipſum, quam poſteros eius morte multauit. Si formæ alterius allicit elegantia, iudicium ſibi proponit quo Deus Dauidem ſibi adeo familiarem puniuit, quem ob adulteriũ, lacrymis tamen planctuque correctum, tantis afflixit tribulationibus, tot attriuit perſecutionibus, filiorũ clade, milleque calamitatibus caſtigauit.

Deut. 32. 28.

Similitudo.

Iob 37. 19.

2. Petr. c. 2. 4.

Nolo vobis debere doctiſſima ad rẽ verba D. Hier. *Inuenimus etiam amicos ob vnius contemptus errorem, bonorum retro factorum, munificentiã perdidiſſe. Sic Adam cũ diabolo facilè credidit ſeducenti poſt familiaritatem & colloquium Dei vnius pomi cupiditate ſuperatus perdidit paradiſũ & quia per tranſgreſſionẽ vnũ habere præſumpſit, multa ſimul bona amiſit. Vxor Lot poſt Angelorũ obſequia, quia cõtra interdictũ retro reſpiciens in figmentũ ſalis repente mutata eſt. Sameias eadẽ die, qua mirabilia fecerat, gratia prophetali, à leone de-* 30

II. Et Sanctorum perpenduntur etiã pro paruis culpis grauia ſupplicia.

D.Hier. Ep.8.ad amic.de ſententia diuinæ legis.Tom.9. Gen.3. Gen.19. Ioan.13. Act.5. *ſtus ecciditur.Infeliciſſimus Iudas poſt electionis meritũ,poſt ſignorũ gloriam,poſt Apoſt.dignitatẽ exiguæ ſtipis amore deceptus, cui tribunal promittebatur in cœlo,laqueo captus eſt in terra. Videmus Ananiã & Saphiram non de alienæ pecuniæ appetitu,ſed de ſua timidè erogata,damnatos &c. Rogo poſt tanta documenta,& tot mortes, vbi in nobis creſcit impunitas delinquendi? Quis hic præſumptionis ſpiritus,qui tantam in animo noſtro operatur audaciã? &c.* Studioſius attendit iuſtus, quod ſtilo ſingulari,& admiratione de duobus illis Deo chariſſimis fratribus Moyſe & Aarone Dauid cecinit, illis inquam,cui Deus talia, qualia vix vlli conceſſerat beneficia,donaq; tribuerat,illis ,quorum numquã repulſa preces,quibus ſemper benignas præſtitit aures: Ob vnum peccatũ,quod ex multorum ſententia non niſi veniale reputatur , & tam leue (a) vt vix illud diſtinctè quale fuerit valeamus diſcernere : quia nihil aliud ; vt videtur,reperimus, niſi paululum torquere labia & aliquamulum tornum intueri quando Dei præceptum impleuerant,illos pœnã mortis puniuit, quam vtrique violentam intulit, Aaroni in mõte Hor,Moyſi verò in monte Nebo.Horum ſororem germanam,mulierem prudentiſſimã,quæ integra moderaretur regna,ob verbum murmurationis leprâ à vertice capitis, vſque ad calcem pedis totã perfudit immundiſſima: *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus &c.* Dñe *Deus noſter tu exaudiebas eos,Deus tu propitius fuiſti eis , & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum*,ſeuerus in eis Dñe puniuiſti quamlibet culpam,etiamnum minimã.

(a) *Tan de poco cuerpo.*

Pſ.68.6.

Pſ.70.16. III. Dauid à iuuentute edoctus à Deo,iuſtitiã Dei ſemper recolit. Ex his elicuit Dauid exercitium adeo animæ ſuæ proficuum,vt dicat à Deo ſe eruditum : *Introibo in potentias Domini,Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius,Deus docuiſti me à iuuentute mea, & vſque nunc.*q.d. Exercitium docuit me Deus ſpirituale non minimæ vtilitatis, hoc mihi pro prima præſcripſit lectione,& illa vſque nũc proficio:*Deus docuiſti me à iuuentute mea.* Præſcripta lectio,& à tanto repetita magiſtro, non poteſt non ſummũ adferre emolumentũ. Et quod illud? Omnipotẽtiæ Dei contemplor opera:hæc etenim ea ſunt,quæ mihi digito monſtrant;quã potens,quàm ſapiens,quàm bonus, quàm ſit ille diues,attamen quæ cõtinua mihi hærent in memoria Dei iuſtitiæ ſunt opera: *Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.* Quomodo hoc ais ô Dauid? Numquid tu ille,qui fateris, quòd à diuina eius miſericordia, numquam aliò diuertas oculos? *Miſericordia tua ante oculos meos eſt.* Nõ diffiteor,at cum mihi occurrit aliquid, ad quid me mundi cupiditas & viget appetitus,caro mũdus,

Pſ.25.3.

aut inſtigat diabolus, repentè mecũ reputo ſupplicia à Deo inflicta: hæc etenim ſunt,quæ fundant,quæ ſtatuunt exemplum , & mihi formidandum,ne hoc in me, quod in illis exequatur, cum ille ſit iuſtitiæ curſus ordinarius.

Hæc illa eſt conſideratio , quã ſibi præualuit pudiciſſima Suſanna , in periculoſo illo caſu, quando caſtitati eius ſeniores illi ganeones illudere conabantur,populi ſupremi iudices: poſtquam etenim eam ad inhoneſta tentaſſent,& acerbiſſimis minis coarctaſſent., quid agendum eſſet illã cùm ſancta tùm prudenti reſponſione cõcluſit: *Si hoc egero, mors mihi eſt.* Si cõſenſero, IV.
certiſſima mihi mors imminet. O Domina ſagaciſſima quid loqueris? imo hoc agendo, mortem euadis corporis,quam illi tibi minitantur,& animæ poteris continuò reperire remedium;cum à culpa Deo depoſcens veniam , illam tibi concedet ſicuti tibi exemplo Dauid adulter, Manaſſes prophetarum homicida,& Salomon idololatra. Attento corde perpendo(reſpondet mulier at mulier ſapientiſſima) nonniſi quod eſt iuſtitiæ , & certum,quod lege ſtabilitum: hoc etenim maximè reputo ſecurum : reliquum,incertum eſt, & poteſt me Deus in flagranti comprehendere delicto: ſicut & alios, quos cũ in ore bolum haberent occidit inexſpectatò,& velut alteram,quam ob retrouerſum tantummodo caput,in ſtatuam tranſuertit ſalis , quæ vſque in diem manet hodiernum: Hoc eſt autem iuſtum ferre iudicium, & vnicuique quod ſuum eſt elargiri *Qui timent Dominum inuenient iudicium iuſtum , & iuſtitias,quaſi lumen accendent.*

Ex hoc ortum nouimus timorem iuſtorum quos diuinũ maximè commendat eloquium. Iob ſcilicet,qui perpetuo diuinæ vindictæ timore trepidus anxiabatur, ne ſuper eum ingrueret,velut nauis vndarum tempeſtate perculſa , quas ſibi formidat , videtque imminentes. *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus,timui Deum , & pondus eius ferre non potui.* Dauid ſemper perterritus aiebat.*Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ*: Vnde ſemper in has timidas anxiaſq; erũpebat voces: *Si iniquitates obſeruaueris Domine &c.* Vates Hiere. non mutire,non ſe loco mouere præſumebat: *Sedebam ſolus,quoniã comminatione repleſti me.* D.Paulus de gratia ſuaque certus prædeſtinatione , non tamen in omnibus & per omnia ſe ſecurum arbitrabatur: *Nihil mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſũ: qui enim iudicat me,Dominus eſt.* O Apoſtole ſãctiſſime,imo hoc ipſum eſt , quod omnem tibi debet auferre ſolicitudinem , inferre ſecuritatẽ:

ſi

etenim qui te iudicat, Dominus eſt, optimè tibi cognita eſt eius miſericordia, & eius tibi benefaciendi deſiderium: ipſe quoque tuus eſt pater, & qui patrem habet Prætorem iudicem, nihil reformidans prodit in iudicium. Hoc eius, reſpondet adſcribendum eſt gratiæ, & cum ita ſit, certam huic non poſſum legem præfigere. Via regia eſt, & quod de iuſtitia procedit hoc eſſe cognoſcimus, quòd Deus puniat peccatores; ille eſt curſus communis, hoc eſt *Iudicium iuſtum.*

§. 12. Fac & hic. *Iudicium peccatorum, ſtultum eſt, iuſtitiam prætendendo, in eo quod mera eſt gratia.*

31 HOc timore iuſtus concutitur, peccator verò nihil veretur, quinimo comedit, bibit, epulatur, exultat, & quæ ratio? quia legem vult ſtatuere, & cum illam aliis conceſſe-
Pſal. 32. 16. rit, ſibi quoque confidit concedendam: *Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inuenit comparationem.* Peccator corripientem non attendit, & ſi caſualiter audiat aliquem, ilico ſibi ad propoſitum adducit comparationem, ſumit exemplar, legemque diuinæ miſericordiæ, & illius bonitatis operibus ſibi præualet, vt prætendat, quod Deus ita ſecum agere, ſicut cum alijs teneatur. Adulter Dauidem adducit, qui talis maximo fuit omnibus ſcandalo, nedum populo Dei, ſed & omnibus regnis conterminis, vnico tamen, *Peccaui Domino*, quòd
2. Reg. 12. 13. Nathan eſt locutus, audiuit: *Dominus transtulit peccatum tuum*, Latro latronem aſſumit totâ vita latrocinijs viuentem, cum enim iam extremo
Luc. 23. ſupplicio moriturus oſcitaret, vnico: *Memento mei Domine:* de cruce tranſiit in paradiſum. Vſurarius publicanum proponit: gemitu namq; cordis, pectoriſque tunſione, vocis confeſſione:
Luc. 18. 13. *Deus propitius eſto mihi peccatori, abiit in domū ſuam iuſtificatus. Peccator homo ſecundum voluntatem ſuam inuenit comparationem.* His totus laborat, vt faciat comparationem, & vnius ad alterum collationem, Non ego peior illo peccator nullius non maior quàm mea culpa, inuenit ille miſericordiam, inueniam & ego: quid hoc eſſe cogitas? illud prætendere quod hodie Nazareni. Domine numquid edidiſti Capharnai miracula? *Fac & hic.* Impudentia eſt, ſtultitiam ſapit, in donis gratiæ, velle quaſi ex contractu illa, quæ ſunt aliis collata, tibi ea tam certò adſcribere, quaſi ex iuſtitia deberentur, & de mutua accepta liceret conqueri, quòd non tibi, ſicut alteri ſint diſtributa. Quid tibi perſuades, quòd in donis gratuitis à Deo poſſis exigere rationem, illique obiicere, hoc ibi feciſti: *Fac & hic.* Hoc opus ſunt miſericordiæ, quod facit quomodo, quando, & quibus ſibi complacet vt nec tu, nec alius illi queat dicere: *Cur ita facis.* Cur Sap. 17. ibi & non hic? cur illi & non mihi.

I. In donis gratiæ nulla facienda eſt comparatio vnius ad alterum.

Sapienter hoc expreſſit Spiritus S. illos cog- 23 nominans rudes, amentes, inſenſatos, agreſtes, qui talibus nituntur argumentis, & hoc tractat occaſione declarandi Ægyptiorum inſcitiam, Regiſque Pharaonis amentiam. Sic diſcurſum orditur: *Magna iudicia tua Domine, & enarrabilia verba tua, propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt.* O cœlorum Domine, quàm magna, quàm profunda ſunt iudicia tua, & quàm exigua humani ſolius ingenij, ad illa perſcrutanda! Et quis operum tuorum poſſet dare rationem? hoc ſignificat: *Verba tua* & præſumere ſuper illa, & de illis iudicare. In hoc Domine, manifeſtabatur ſtultitia, veſania, perditio animarum amentium & indiſciplinatarum: *Propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt.* In quo prorſus admirabili diſcurſu, & ſententiarum elegantia, ſenticoſam oſtendit Pharaonis, populique fatuitatem, in hoc quod contra Deum moliebantur. Præcipuum autem, quo regis eſt humiliata ſuperbia, hoc fuit, quòd ſibi blandiebatur idem ſibi à Deo præſtandum, quod præſtitum nouerat Iſraelitis, quodque ſibi vt illis benignius ſuccurret. Extremis enim populus Dei premebatur anguſtiis, mari à parte vna, & altera Pharaonis concluſus exercitu: inops conſilij. Confugit ad Deum Moyſes qui diuino ſuo motus beneplacito, ac gratia, populo maris diuidit vndas, viam aperit ſecuram, tutam, floridam, vt magis eſſe floribus germinans videretur; illam ingrediuntur, proficiſcuntur, & ſicco pede tranſgrediuntur. *Ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit,* Sap. 19. 7. *& in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.* Sibi firmiter perſuaſit Pharao, totuſque credit Ægyptiorum exercitus, quòd ſibi quoque Deus profecturus eandem ſeruaret viam peruiam, illoque quo præcedentes, poſſent itinere ſecuri peruadere: vnde huic ſiſi fundamento tanta pelagus ſecuritate penetrant, vt in has omnes erumpant blaſphemias & iactent comminationes: *Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea.* Quid præſumitis ridiculi; quod aliis videtis conceſſum, teneri Deum idem & vobis concedere, & qui illi tranſierunt, illamque viam

Sap. 17. 1. II. Pharaonis oſtenditur vana præſumptio.

 liberi

liberi inter ſtupentes vndas permearunt, pariter & vos debere tranſmeare? O ſine pectore corpora! Proficiſcuntur, & medio emenſo itinere conglobantur aquæ, mediis inuoluuntur, fluctibus & omnes ne vno cladi ſuperſtite demerguntur: *Ingreſſus eſt eques Pharao, cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris.* (Exod. 15.) Quam facitis vos conſequentiam? Tranſeunt incolumes pelagus Iſraelitæ, ergo & nos tranſibimus, illis pelagi fundum ſubſtrauit peruium, ergo & nobis ſeruabit ſubſequentibus. Inſipientia, & populi diſcurſus, qui diſcurſu laborat, & argumentum triuiorum. *Indiſciplinatæ animæ.*

(Con. 15 in Pſa. 118. Pſ. 118 58. III. Dei ſupplicia Dei ſunt iudicia)

„ Accuratè deſcribit hæc omnia Rex pſaltes, vt „ notat D. Aug. illa eiuſdem verba declarans: *Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Domine, & „ conſolatus ſum.* Attendit D. Augu. quod textus a„lius legat: *Et exhortatus ſum, vel exhortationem „ accepi.* Quem textum D. Hilar. Doctor eximius „ ſequitur q. d. O Domine, quàm bene tuis ſum e„ruditus iudiciis. Iudicium (inquit D. Tho.) actus „ eſt iuſtitiæ, & ipſe Deus per Ezechielē exponit, „ quòd ſua iudicia, ſua ſint ſupplicia quibus pec„catores in ſcelerum ſuorum pœnam plectit cla„dibus, fame, peſte, malis beſtijs. O faueat mihi „ Deus, quibus non ſuppliciis varios Deus puniuit „ peccatores, ob ſcelerum ſuorum demerita, quoſ„dam aqua demerſit, alios ignibus abſumpſit, ter„ra dehiſcente viuos tranſmiſit ad inferos. Hæc „ tua omnia ſupplicia, ac iudicia tua, meæ fuere „ lectiones, quibus me inſtituiſti, fuerunt exhor„tationes, quibus me excitaſti: proinde hoc præ „ cæteris mihi terrorem incuſſit, & oſſa percellit, „ quòd aduertam, qua præcipites in peccata te „ prouocent maleuoli ſecuritate; itaque tranſ„grediantur præcepta, de tua confiſi miſericor„dia: *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquē„tibus legem tuam.* Transfert D. Hiero. *Horror obti„nuit me;* Quam lectionem ſequitur D. Aug. Alij „ legunt: *Tremor & terror inuaſit me.* dū quoſdam „ video, nullo ſcrupulo peccato cuidam pertina„ces adhærere: *Tremor & horror inuadit me*, ete„nim perpendo, quanto ſe exponant periculo, iu„dicia tua, actuſque iuſtitiæ conſiderans, quibus „ puniuiſti, & communi punis lege ſceleratos. „ Quis credat quòd tanto ſe homo exponat diſ„crimini nullo timore, ſcrupulo nullo perturba„tus? Quis eum reddit ſecurum? Omni careat „ neceſſe eſt, iudicio: illo namque modo proce„dere, ſtultis magis conuenit, & inſipidis, quàm „ confidentibus. *Errauerunt indiſciplinatæ animæ.* „

§. 13. *Ex diuina diſpoſitione, nulla in mari veſtigia reliquerunt Iſraelitæ, Pharao tamen eiuſque exercitus quàm plurima.*

HOc myſticis verbis indicauit pſalmiſta regius: *In mari via tua & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcetur.* Decantat, quòd in prædicta Pharaonis clade contigit: licet namque loqui videatur de futuro in hoc verbo: *Non cognoſcentur:* vim tamē habet præteriti. (ex ſententia moderni Auctoris) & idē eſt ac ſi dicat, *Non cognoſcebantur.* Diſgregauit Deus Oceani fluctus interque illos mediū ſtrauit iter Iſraelitis, præcedente ac dirigente populum Deo per columnam ignis & nubis ſæpius celebratā. At factū contigit quàm maximè obſtupendum; cum enim tot numero eſſent Iſraelitæ, vt virorum bellatorum numerus ad ſexcēta millia excreſceret, viaque per mollem pararetur arenam, mariſque fundum molliſſimū, nulla tamen poſt ſe pedum reliquêre impreſſa veſtigia, & quâ tranſiiſſent, agnoſcere nemo poterat; quaſi nullus illac tranſiſſet, mariſque fundū pedibus conculcaſſet: *Veſtigia tua non cognoſcebantur.* Nihilominus vt intrat Pharao Ægyptiorū ſtipatus exercitu, veſtigia arenis impreſſa virorum, curruū, rotarum, equorum reliquerunt: quod Diodorus Tarſenſis D. Chryſo. præceptor, cū vehementiſſimo narrat ſtupore, ac inter maxima refert admiranda, quæ tunc temporis edidit Deus: nimirum quòd ingreſſo Pharaone eiuſque copiis per apertam maris planitiem, eorum manſerint veſtigia adeo tenaciter ac profundè arenis impreſſa, vt vſque hodie curruū orbitæ, equorumque veſtigia arenæ inſculpta videantur, & hoc, vt teſtantur D. Greg. Turon. & Paulus Oroſius, nedum in arenis circa maris littora, ſed & in ipſo profundo, ita vt in ipſo profundo adhuc hodie diſtinguātur, quando mare tranquillum ſilet: adeo tenaciter impreſſa, quòd licet aliquando maris tempeſtate obducantur, ilico tamen adeo diſtincta apparent, quemadmodū in principio. Sunt memoratu digna verba Oroſij: *Extant etiam nunc certiſſima horum monumenta geſtorum: nam tractus curruū, rotarumque orbitæ, non ſolū in littore, ſed etiā in profundo, quo vſque viſus admittitur, peruidentur. Quod ſi forte ad tempus vel caſu, vel curioſitate turbantur, continuo diuinitus in priſtinā faciē ventis & fluctibus reparantur* Quid igitur Domine cœlorū nū ſunt Ægyptiorū corpora quàm Iſraelitarū grauiora,

vndis illa profundiora imprimāt veſtigia? Iſraelitarū proficiſcentium nullū vis relinqui veſtigium, nec ſignū, at Ægyptiorum ipſos inſequētium, adeo vis eſſe perpetuum, myſterioſum, obſtupēdum? Numquid æquius eſſe videtur, & ex ratione, vt veſtigia remaneant Iſraelitarum, cū ipſis apertū diuiſum fuerit pelagus? Diuina eſt ratio, quam aſſignat Oroſius. Opus fuit miſericordiæ præſtitum Iſraelitis, munuſque gratiæ omnino ſingulare, nec ratio ſuadet, vt maneat monumentum, quod futurum ſit exemplar adeo certum, vt Pharao copiis ſuis ſtipatus innumeris, per idē ingredi præſumat, ſibi perſuadens, quod, cum alij excesſerint de mari feliciter, ipſe quoque tranſiret inoffenſè. Verumtamē quod in itinere contigit Pharaoni actus fuit iuſtitiæ: per illā punitus eſt, ſubmerſus eſt, mediiſque fluctibus eſt inuolutus. Sit exemplar euidens, & quilibet intelligat, quod ſi ſuarum ingreſſus fuerit aquas voluptatum, contra Deum cupiditatum, ciuſque mandatorum deſpectus, timere poſſit ne maris abyſſis abſorbeatur æternum periturus.

☞ 34 Hinc Dei capitur in operibus ſtrictiſſimorum
II. Aſtuum iuſtitiæ reliquit Deus veſtigia. conſuetudo ſuppliciorum (quæ legimus) quod ſupereſſe perpetua voluerit eorumdem veſtigia, ſignaque prodigioſa: vt nos præmonerent, idem nobis quod illis euenturum, ſi eodem cum illis crimine maculemur. Sic patet in illarum ſuppli-
cio ciuitatum Sodomæ & Gomorrhæ, cum di-
Sap.10.6. cat Spiritus S. decreuiſſe Deum vt ſuper illas etiā poſt integram conflagrationē, teterrimus fumus aſſurgeret, qui vſque modo conſpicitur, carumque arbores, exteriùs frugiferæ apparentes intus cinereæ ſquallerent: *Deſcendente igne in Pentapolim, in quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra.* Et huic alludit
2.Pet.2. 6. D. Petr. *Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit, exemplum eorum, qui impie acturi ſunt, ponens.* Idem notandum in curioſitate vxoris Lot: illam etenim in
Sap.10.7. ſtatuam ſalis tranſmutauit, quo, teſtante Spiritu S. ſtatuere Deus voluit cæteris exemplū, & perpetuæ memoriæ monumentum. *Incredibilis animæ memoria, ſtans figmentum.* Illud (*ſtans*) ſtatuæ ſignificat firmitatem: cum etiam ex ſale conſtet, vt videatur, aquarum imbre ſuper illā depluente, continuo diſſoluenda, tam firma ſtat, vt tempore D. Hie. adhuc conſtans perſeueraret, & forte vſque in hodiernū diē indiſſoluta permanet.
Oroſ.lib. 1. Et teſtantur D. Greg. Turone. & Pau. Oroſ. quod ſi quid ex ea detrahatur ſiue crebro verbere percutiendo, ſiue à tranſeuntibus detrahendo, continuo reſtauratur, & his prior idem dixerat in quibuſdam verſibus de hac compoſitis hiſtoria Tertullianus. Quando terribili illo ſupplicio Deus ſeditioſos illos Core, Datan, & Abiron mulctauit, præcepit vt ex eorum thuribulis laminæ conflarentur & tabernaculo affigerentur in totius mundi conſpectu, vt illis hoc eſſet ſupplicio, cæteris verò terrori, & noueꝛit qui talia facit quo talia quoque patiatur. Etenim appoſitè hic congruit: *Fac & hic*: hæc quippe opera ſunt iuſtitiæ, quæ optimo iure trahuntur in conſequentiam & exemplar.

Præcedenti ſimilē profert Spiritus S. ſenten- Lib. 19.
tiā, quā congruè D. Greg. expendit: *Cogitationes* mor.c.18.
iuſtorum iudicia, & conſilia impiorum fraudulēta. Prou.12.5.
Supponit S. Doctor, quotieſcumque aliquid homini agendū offertur, in ſemetipſo figuram formari tribunalis, in quo intellectus iudicis munere fungitur; ex vna parte prouocat, & poſtulat appetitus, vt quod homini eſt delectabile cōcedatur & pro ſua parte Dei producit miſericordiā quā pluribus aliis nequioribus pepercit peccatoribus: ex quo hinc elicit conſequentiā, licet homo id agat quod ex ſe eſt peccatū, de illa tamē poſſit confidere miſericordia, quòd ſecum eo modo aget Deus, quò cū aliis, cū enim eorum peccata fuerint grauiora, miſericorditer tamē illis nouimus indulſiſſe. Ex alia ſtat parte ratio, qua pro ſe diuinā producit legē, quæ titulū fundat iuſtitiæ, & ait: vide quid egeris, ſi nāq; hoc commiſeris, hoc tibi eſt exſpectandū, ſupplicium ſcilicet ignis æterni, gehennæ, & flammarum inextinguibilium: hic enim curſus eſt ordinarius cū ſit iuxta diuinæ legis præſcriptū, deinde perpēde, quod alios Deus ob culpas multò leuiores punierit, & in flagranti delicto cōprehenderit: & quod aliis, hoc tibi faciet ſimiliter, cū ſint & tua peccata grauiora: & contumacia proteruior. Ea de cauſa legē nominat Chriſtus aduerſariū noſtrū *Eſto conſentiēs aduerſario tuo dū es in via.*
Iuſti, teſtatur D. Grego. iudiciū ſequuntur iuſti- Matt. 5.
tiæ, hoc enim eſt: *Cogitationes iuſtorū iudicia. Iu-* 25.
ſti ad corda ſua redeunt, ibique aſcendunt tribunal D. Greg.
mentis &c. Ducunt ad medium regulam teſtamenti &c. His ſe à peccatis expediunt, ex Spiritus Prou. 20.
S. teſtimonio. *Rex qui ſedet in ſolo iudicij diſſipat* 8.
omne malū intuitu ſuo. Sed & intellectus quaſi IV. Conſilia impiorū fraudulenta.
Rex, ex iuſtitia iudicat, ac declarat, quid ſit quod ſecundū illam poſſis exſpectare, ſi, quod non debes egeris: ſimiliter experieris quomodo in ventū euaneſcent omnes cupiditatis, voluptatiſque diſcurſus. Hoc iudiciū, vt prædiximus ſecuta eſt Suſanna mulier exemplar pudicitiæ. Peccatores autē iudicia ſequuntur fraudulenta. *Conſilia*

impio-

impiorum fraudulenta. Scribunt Septuaginta: *Gubernant autem impij dolos*: quod, tranſponendo terminos, ſignificat, quod impij ſe regant ac gubernent doloſis incertiſque fiduciis, prætendentes, quòd male viuendo, bene ſint morituri, & illa, quam legimus latroni crucifixo, Magdalenæ peccatrici, & perſecutori Saulo conceſſam eſſe miſericordiam, ſibi quoque non ſit deneganda. Doloſa ſunt illa conſilia, & fiduciæ fraudulentæ.

☞ 35 Huius occaſione compoſuit D. Chryſoſtom. argumentum, vbi quoſdam deridet, qui peccatis immerſi, procraſtinabant pœnitentiã, dicentes, ad vltimam vitæ periodum pœnitebimus, & ignoſcet Deus, qui & aliis in illo poſtremo conflictu largitus eſt indulgentiam. Hoc tibi inquit concedo, alios impetraſſe veniam: attamen vnde concludis hanc tibi pariter tribuendam? *Quid tu? an tibi quoque concedet? Concedet fortaſſe, inquis. Contrarium etiam tibi repone, tecumque reputa & dic. Quid autem ſi non conceſſerit?* Hoc bona peractum fortuna, & dextero Deo: quæ verò tali diſtribuuntur modo, iuſtum non eſt, vt trahas in exemplum, aut in illis fiduciam colloces. Temerarius ad prœlium tendis (inquit) ſanguinolentum plenumque periculis, & ante diſceſſum, de rebus tuis diſponis: Si tibi replicauero, non eſt cur hoc facias, incolumis etenim ſpoliiſque diues reuerteris, tali quippe ſic contigit, quid responderes? Si te matrimonium cernerem contrahentem, & curioſus de mulieris inquiras facultatibus, doteque opulenta, tibi vero obiicerem: Superflua eſt illa ſolicitudo, etiam, licet indiga ſit: talis namque mulier primitus pauperrima, poſtmodum vero ex ſucceſſione conquiſiuit hereditatem qua & ipſa & maritus diuites euaſerunt, quid diceres? *Nec cum de ineundo matrimonio conſultas dicis? Vxorem egentem accipiam, multi enim præter opinionem ad oppoſita peruenerunt; nec cum domum extruere paras, dicis. Infirma fundamenta iaciam, per multæ enim ædes ſic etiam conſtiterunt, & cum de anima conſilium inis, in certis euentibus te ipſum committis?* Tua ipſius verba perpende. Deus Dauidi grauiſſima dimiſit peccata, vnico: *Peccaui Domino.* Fœneratori pepercit publicano, nequitiis inuoluto vnico: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Latroni hominũ ſanguiſugæ, peccatorũ primo ignouit, dum extrema ſic ait hora: *Domine memento mei.* Verum loqueris: veruntamen aduertas velim quæ dicas: vnus Dauid, vnus publicanus, vnus latro: cur vis multi ſint? Tibi non nego, quod latroni pepercit, qui vitam latrociniis ſordidam triuerat, at mihi pariter non negandum, quod alios innumeros ſuis in peccatis perire permiſerit. Quæ igitur maior ratio, vt tecũ eo modo agat, quo cum vno illo quem dicis latrone, quàm id quod multis imo permultis permiſit euenire? Incongrua eſt hæc argumentatio. Hæc inſulſa fuit prætenſio Nazarenorum, fundare velle iuſtitiam in rebus gratiæ quaſi quam aliis gratiam præſtiterat, eodem iure ac titulo illis præſtare teneretur.

D. Chr. Ho. 22. in 2. Epiſt. ad Corint. ad fin. To. 4.

V. Tutior ſemper eſt pars eligẽda.

1. Reg. c. 12. Luc. 18. Luc. 23.

§. 14. *Deus vt iuſtus vult inire rationem, ſicut cum Cain, & de facto illam init: cum ait:* Quanta audiuimus *&c.*

O Primè poterat illis Christus iuxta prædicta reſpondere, ſed abſtinuit, & ipſe iudicij tribunal aſcendit, & antequam concines illi verbulum proponant: querimoniam, illam adhuc tantummodo mente concipientes, ipſos præuenit, conuenit & reconuenit, vt iuſta fiat ſtrictaque verificatio, & pateat euidenter, vter ſit in culpa; quam nullam in ſe agnoſcit, ab ipſis probandam, ipſe verò vehementer graues, de quibus illos poſſit reos conuincere. Suam in hoc oſtendit Chriſtus iuſtificationẽ vel maximam: cum ipſe primus prodeat qui iudicium ſubire contendat, etiam cum illis, qui corde ſolum & imaginatione contra illum conceperant querimoniam. Subſtantiale ac ſolidum iudicat argumentum D. Gregor. Principis Eliu, qui vnus ex illis numeratur regibus, qui Iob afflictionibus attritum, mœrentemque venerunt conſolaturi; licet autem hoc non fecerint, ſed iuſtum in anima, ſuis lancinarint rationibus, quæ longius à propoſito deuiabant, abſolutè tamen erant conſonæ veritati. Alloquitur igitur Iob, & contra illum rationes proponit querulosas. Opinabatur, quòd ſe Iob à Dei ſubtraheret iudicio, atque hoc ſolo te cognoſcere patefacis, quod nec ratione valeas, nec iuſtitia? *Numquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt?* q. d. qui renuit ſubire iudicium nec patitur, vt exactior fiat rationum diſcuſſio, illas non habere iuſtas videtur. Habet Deus ſuas rationes nobiſcum ita iuſtificatas, vt ipſe nos trahat in iudicium, & velit eas cum illo verificemus. Diem olim dixit Iſaias ex parte Dei, mundi hominibus, & rationes allegat, Deum adeo velle illas verificari, & ſubire iudicium, vt nominetur: *Deus iudicij Dominus.* Eodem modo ſæpius per prophetas citat terrigenas filios hominum: *Iudicio contendam &c.*

Iſa.30.18 *dum vobiſcum.* ait Hierem. c. 2. 9, *Iudicium Domini* Oſeæ ca.12 *cum habitatoribus terra.* Alibi per Iſaiam animam citat in iudicium, quæ de Deo quaſi con- 4. queri videatur Adeſto: *Iudicemur ſimul, narra ſi-* Iſai.c.43. *quid habes, vt iuſtificeris.* Non maior mecum ti- 26. menda difficultas quàm cum Iob, non ego illo difficilior qui hanc de ſe inter alias, prædicabat prærogatiuam eminentiæ, quòd in iudiciū deſcendere cum ſeruis ſuis atque ancillis non dedignaretur, etiam dum auctoritate ſublimis præſideret: *Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & cum ancilla mea &c. etiam cum viderem me in porta ſuperiorem.*

Subtiliter expendit D. Ambroſ. proceſſum L.2.de fi- inter Deum & Cain fratricidam. Mente ſcelera- de c.4. tus hic contra Deum expoſtulat, quaſi de accepta ab illo iniuria: quòd cum eſſet maior natu fratre ſuo Abele, non ita ſecum Dominus ac cū fratre ſe gereret: etenim illi ita ſe præbebat benignum affabilem, amicum, vt illi perſpicuè notiſſima publicaque dona tribueret, faueretque benignius, gratam habens fratris oblationē, quæ tamen ſibi conferre non dignabatur: iudicabat II. autē Deum in eo eſſe iniuſtum perſonæ accep- Cainum tatorem, quodque illi minora tribueret, cui ma- coram ſe iora iuſtus dare tenebatur. Correſpondet hoc citat ve- appoſitè queremoniæ hodiernæ Nazarenorum lut in iu- contra Redemptorem. Illum præuenit Deus, ip- dicium. ſe Cainum in ius vocat, ipſe comparet, vt inſtituatur cauſæ verificatio, & vter reus ſit, inquiratur, vnde ſic ait. Per animam tuam adeſto Cain: vt quid melancholicus, quid mœſtus obambulas? Indagemus, quis in quem deliquerit? Num ego vnquam alicui in eo defui, quod illi de iure competebat? Numquid alicui debitum pro mihi Gen.4.6. exhibito miniſterio negaui præmium. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit?* De me, tu ne proditor, lamentaris, eo quod iudices quòd non tantū pro te, quantū pro fratre præſtiterim? In te retorque querelam, & ego te proditorem in crimen voco. Si tu, ſicut ille, feceris, an non te ſicut illum, honorabo? at ille tantò ſe habet erga me gratiorem, quantò tu te ingratiorem, proinde tuum eſt peccatum, quod contra te conſurgit in iudicio aduerſariū. Hoc eſt. *In foribus.* phraſi S. Scripturæ: Tribunalia enim & iudiciorum loca in ciuitatum portis erigebantur. Tua tibi aduerſantur peccata, te reum condemnant.

☞ 37 Hanc Chriſtus hodie cum oppidanis ſuis init rationem. *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem. Medice cura teipſum; quanta audiuimus &c.* Nū de me vos deponitis? Ego ipſe ſum, qui de vobis habeo quod deponam, imo & ipſe, de vobis ô Chriſtiani, habet quod accuſet; & potiori de vobis iure ac titulo poteſt conqueri. *Quanta audi-* Pſ. 145.4. *uimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria.* Heb.13.14 Quæ veſtra patria? Nonne cœlū. *Reuertetur ſpiritus in terram ſuam*, ait Dauid. *Non habemus hic manentem ciuitatem*, affirmat Apoſtolus tangens illam prophetæ Michææ ſententiam. *Surgite &* Mich.2.8 *ite: quia non habetis hic requiem*, Pariter & illa verba quæ perpetuò Sanctiſſimi Patriarchæ, vetereſque patres ore reuoluebant, qui ſemper ſe dicebant hic eſſe peregrinos ex quibus infert, quod *ſine dubio patriā inquirebant.* Ibi legitima Gal.4.26 noſtra moratur mater: *Illa quæ ſurſū eſt Hieruſalē, quæ eſt mater noſtra.* Ibi verus regnat Pater no- Matth.6. ſter: *Pater noſter qui es in cœlis.* Euge age Chriſtiane. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* De tot negotiis quæ facis in gratiam Capharnai, hoc eſt mundi, nonne æquū & iuſtum eſſet, vel aliquid faceres pro patria tua pro cœlo? de tot quæ facis in obſequiū mundi, diaboli, carnis, fieri ne poteſt, vt nullum III. horum facias in Diuinæ maieſtatis obſequium? Saltem Statue tibi ab vna parte Deū, ab altera verò, tres aliquid illos, mundum carnē, diabolū. Cui plus teneris; agendū quid Deo debes? In iudicium animā tuā prouo- in Dei ca, vt alter Dauid: & liquidò patebit, quod: *Pro-* obſequiū *pitiatur omnibus iniquitatibus tuis, ſanat omnes* qui tanta *infirmitates tuas, redimit de interitu vitā tuā &c.* pro mū- Ille tibi eſſe dedit, quando, nedum illud nō mer- do, dia- ueras, ſed nec quidem cogitaueras. Ille tibi ani- bolo, car- mā illā infudit adeo nobilē, diuino ſemine pro- neque creatam, capacemque beatitudinis. Vt autem ad facimus. illam te perduceret, deſcendit de cœlis in ter- Pſ. 102.5. ram, & paſſus eſt quos omnes nouiſti cruciatus, & plures infinitos quos non nouiſti: ſuam tibi largitus eſt vitā, ſuum ſanguinem, ſuā carnem, animam ſuam, diuinitatem ſuam, Angelos ſuos, Rom.8.32 Apoſtolos ſuos, ſua ſacramenta, ſe ipſum: *Omnia nobis donauit.* Quid iſtis alius debes? qui mundo, qui te multiplici excitat phreneſi ſtolidum, & millenis implicat curis quo tuis ſatisfacias legibus, ſed nec aliquid tibi tribuet, te tamen ad eorum, quæ poſſides cogit decoctionem? quid diabolo debes, niſi tuam ruinam, odium immortale, quo te perſequitur & ardens quo te diripiat vt rugiens leo, deſiderium. Quid carni tuæ debes, niſi quòd atrox animæ tuæ moueat bellum, illam moleſtet imo proſternat: *Fratres de-* Rom.8.12 *bitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus.*

Modo igitur videamus cuius gratiā plura fa-

cias. Quid non moliris, negotiaris, lucraris, remiſque, veliſque tendis, quo poſſis ſtatui tuo quē in mundo habes plenè ſatisfacere? Quàm incūbis ſollicitus, vt illi reſpondeas, quid dicem? In obſequium diaboli quàm non cruciaris, vt quæ tibi perſuaſerit, ea facias? quàm excitatus, vt id perficias ad quod te dæmon impellit? Pro carnis voluptatibus, quos labores non perfers infatigabiles, quas non ſubis expenſas vt eius fruaris deliciis, libidine, mollitie? Heu te infelicem! *Quanta audiuimus &c. fac & hic.* Ex tantis, quæ in diaboli decoquis famulatu, mundi ſeruitio, carniſque cupiditatibus, in Dei quidquam non expenderes obſequium, qui decumbit æger in hoſpitali in tot pauperum gregibus? Ex tot malis noctibus, diebuſque peioribus quas in diaboli miniſterio conſumis, tuiſque teris appetitibus, nec vnam in Dei tranſigeres obſequium: De tam graui, quo laboras ſtudio, vt te miſerum diabolus abripiat, & ad inferna properes, nec aliquod in Dei honorem inſumeres & quo poſſis cœlo perfrui?

Ad amuſſim hic profero quod ait D. Iacobus, nimirum Deum quadam æmulatione prouocari. *Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus.* Quæ eſt, precor, hæc inuidia? Num aliquid eſt inuidia quod in Deum cadit? Noſtro loquendi modo ſignificat Apoſtolus, extremum dolorem, viuumque zelum, quo Deus commouetur illi ſimilē, quo vir aliquis inardeſceret hic contra amicū ſuū, quem aduerteret nihil agere in gratiam ſui, eorum quæ debet, omnes autem neruos intendere, curamque ponere, vt eius inſeruiat voluntati, qui eius ruinam, perditionemque meditatur. Eia age chariſſime cur illo non vteris argumento, ſanctiſſimi Patriarchæ Iacob, quid non egit plurimis annis in cauſa Laban ſoceri ſui, viri tamen tot perfidiis nominatiſſimi? quidquid valuit illi valuit. In ſe tandem reuerſus ſic ſocerum alloquitur. Domine mi iam annis pluribus tibi ſeruio diligentiſſimus, ſed nec vllum mihi de tot laboribus, video ſupereſſe emolumentum, ſuadet ratio, pellit æquitas, vt ſaltem vel paululum meæ aliquid conquiram familiæ, meæ ſtudeam vtilitati. *Tu noſti, quomodo ſeruierim tibi &c. iuſtum eſt igitur, vt aliquando prouideam & domui meæ.* vniuerſum ſtudium meum pluribus annis ad tuum contuli commodum, meque in domo tua ſudore madidum, & labore confractum negligis, ſæpe ſæpius tacui circumuentus, & eluſus ingemui, nunc vrget me neceſſitas, vt ex tanto labore, quem tuis in negotiis ſubiui, aliqualem tandem operam pro me ſuſcipiam. O Chriſtiane, qui tot annorum curriculis mundo famulus ſeruiuiſti, quot ab vſu numeras rationis, totamque vitam tuæ dedicaſti ſenſualitati, numquid iuſtitia poſtulat, vt vel parum animam curares, Deoque ſeruires, & de tanto labore, quem mundo dedicas, aliqualem amodo Domino conſecrares?

Iaco. 4. 5.

IV. Iacob ſibi ſtudioſum imitemur.

§. 15. *Si velis id tecum agat Deus, quod cum altero, idem tu quod alter cum Deo adimple.*

Poterat igitur Chriſtus legitimam ac ſufficientem ciuibus ſuis iuxta prædicta dare rationem: ſcilicet quòd miracula, opera eſſent gratiæ, quæ non debentur, nec peti poſſunt ex iuſtitia, nec titulo naturalitatis, hanc tamen ſubticet ſed ſubire vult iudicium, ac euidenter oſtendere, quod in ipſos ipſe non deliquerit, nec vllam eſſe culpam, non facere in eorū gratiam, ciuitatis aut patriæ, quod extraneis fecerat, quinimo ex parte illorū eſſe defectū, & patriæ ſe culpa detineri, quò minus ibidē edat miracula, quæ apud exteros frequentiſſima facta noſcebātur. Videtur, (inquit D. Amb. in hūc locū,) quòd iuſta fuerit beneq; fundata querimonia Nazarenorū: cū negari nō poſſit, quin homo beneficus, ſola ductus ratione, ſaltē patriæ negare non debeat, quod cōmunicat extraneis, vnde reſpondet illis liquidò probās quod ipſe nulla in patria faciat miracula, nō ſibi ſed illis in culpā adſcribēdū. *Nō otioſè Saluator excuſat, quod nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit, ne forte aliqui viliorem patriæ nobis eſſe debere putaret affectum.* 18

I. Chriſtus bene[illegible] extra[illegible]

D. Amb. in Luc. Tom. 4.

De Deo ciuitates aliquæ tempore vatis Amos querebātur, quòd ſuper vicinas exteraſq; plueret ciuitates, in illas autē nec pluuia nec ros deſcēderet, quæ tamē ſe Dei notabāt eſſe ciuitates: & vna pars cāpi cōpluta floreſceret, altera verò nō cōpluta exareſceret, quocirca obmurmurabāt dicētes: quid huic altera præſtat ciuitas, cur ibi & non hic pluuia decidit? Vtiq; poterat illis reſpōdere Dñs, inanes has eſſe expoſtulationes, & inſulſas interrogationes: quia hāc agri partē & nō alterā imbribus inebriare, ex eius mera pendet voluntate, hæc autē nullā aliā agnoſcit cauſā, quā ſeipsā. Hoc quoq; Iob intimauit, illi inter alia quæ nullā habent in terra, cur fiant rationē proponens, hāc de pluuia quæſtionē. Dicito mihi Iob, quis pluuiā dirigit vt in illā & nō in hāc decidat fœcundam regionem. Cur hic & non ibi quòd pluat, vbi viridis nulla germinat herba, & ibi virētes herbæ, floreſq; pullulent odoriferi, & nō in illo cāpo, vbi horū erat abundantia, cuius defectu cuncta paulatim exareſcant? *Quis dedit vehe-*

II. Officium autem non ſibi ſed illis imputandum.

vehementiſsimo imbri curſũ, & viã ſonantes toni-
Iob. 38. 25. *trui, vt plueret ſuper terrã abſq; hominés in deſer-*
to, vbi nullus mortaliũ cõmoratur, vt impleret in-
viã & deſolatã, & produceret herbã virentem. At
noluit hoc vti Saluator argumento, vt ne leuiſſi-
mã excuſationis obtenderẽt occaſionẽ, ſeu que-
relæ, ſed per eundẽ illis reſpondet Propheta:
quód illorũ hoc eſſet culpæ imputandũ, & quód
aquis fertiliſſimis ac copioſiſſimis alias inundã-
do regiones, ipſos aquarum inopiã permitteret
exareſcere. Nõ abnuo, reſpondet Deus ſuper hãc
& hãc, & nõ ſuper illã pluit ciuitatẽ, illorum &
Amos. 4. 7. nõ horũ irrigant prata, *Plui ſuper vnã ciuitatem*
& ſuper alterã ciuitatẽ non plui: pars una cõpluta
eſt, & pars ſuper quã nõ plui, aruit. Ego prohibui à
vobis imbrẽ, &c. Ego ego feci, at vobis hoc im-
putandũ, qui me continuó prouocatis, exacerba-
tis, peccata multiplicatis, & ſcelera ſceleribus cu-
mulatis: *Impie agitis, multiplicatis iniquitatem*
&c. Vero verius eſt, opera gratiæ à mera Dei
pẽdere voluntate, ob quã interprete D. Aug. Da-
Pſal. 67. 10. uid illa inſcribit *pluuiã voluntariam.* Quia aliud
nõ agnoſcit principiũ præter diuinã voluntatẽ,
quæ illam demittit, vbi & quomodo placuerit.
Pluit in Paulũ, ſterile vepretũ, aquã adeo fœcũ-
dã, vt illũ in paradiſum fœcundarit: in Matthæũ
ſpinarũ arundinetũ: in Magdalenã Arabiæ deſer-
tũ aridiſſimũ, dipſadibus, ſerpentibus ardentiſsi-
mis horridũ, & in hortũ mutat deliciarũ. In Pe-
trũ pluit, qui negauit, qui deierauit & Eccleſiæ
Ephes. 1. 11. lapidẽ creat angularẽ: *Operatur* (inquit Apoſto-
lus.) *omnia ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ.* Non ei
opus eſt alia requirat conſilia, alias ſcrutetur ra-
Matt. 11. 25. tiones, niſi ſuã voluntatẽ. *Ita Pater quoniã ſic pla-*
citum fuit ante te. Nihilominus intrare vult in
iudiciũ & probare, te eſſe, qui ponis obſtaculum
ne ſua tibi communicet dona, & gratias in abũ-
dãtia, nec te poſſe vllo prætextu excuſare aut in
Eccles. 15. eũ culpã reijcere: *Nõ dixeris* (monet Spiritus S.)
III. *Per Deũ abeſt, quæ enim odit ne feceris.* Ne dixeris,
Nemo ex parte Dei ille mihi defuit, eius mihi gratia
Deum denegatur: nõ enim ille tibi deerit officioſus, ni-
accuſet, ſi tu illũ offenderis ſceleratus, ea quæ ipſe exe-
quod e- cratur, perpetrãdo: Ne dixeritis Nazareni, quod
ius non ex parte Chriſti ſit impedimẽtũ, & ipſe vobis
ſuſcipiat deſit beneficus nõ ea in gratiã veſtri faciendo,
dona, ſed quæ in aliorũ egit obſequiũ, nominatim autem
ſeipſum. Capharnai: ex parte namque veſtra peccatũ eſt,
non enim vos ad eũ recipiendum ſicut alij, cõ-
Oseæ 13. 9. ponitis: *Perditio tua ex te Iſrael:* Ipſi expoſtula-
tis, cur de tanto, quantũ aliorũ cauſa facio, nihil
horũ in veſtrũ præſtẽ obſequiũ. Ego autem de
hoc expoſtulo cur vos de tanto, quantũ alij alijs
in partibus in mei fecerunt obſequiũ, nihil hic
horũ efficiatis? Et nedũ aliquid eorum quæ illi
non facitis, ſed omnia contraria: nõ enim ſolũ-
modo me debito nõ proſequimini honore, aut
ſicut illi, reueremini: ſed poſitiuè meæ detrahitis
dignitati, velut ex rata portione & eodem mo-
limine, quo illi nominis mei ſtudent exaltatio-
ni, dicere igitur mihi licet quod hic duntaxat
apud vos ſim, & ſim deſpectus inhonorus, cuius
rei veritas hoc probatur axiomate. *Non eſt Pro-*
pheta ſine honore, niſi in patria ſua.

Interitum probat D. Baſilius Pharaonis, de 39
quo ſic D. Paul. *Vaſa iræ apta in interitum.* Quis Rom. 9.
in cauſa fuit vt Pharao damnaretur. Deus? Ab- 22.
ſit, reſpondet D. Baſil. Deus malorum non eſt D. Ba.
cauſa: *Nam cum de eo dicit Apoſtolus vaſa iræ ap-* Ho. 9.
ta in perditionem oſtendit, facturam eius malam Tom. 1.
non fuiſſe, ſed vbicumque audieris vaſa, intellige, IV.
quod noſtrum quilibet ad aliquem factus eſt vſum. Vide
Omnes nos finxit vaſa gloriæ capacia: vt quid vaſa
igitur tot damnantur? quia quiſque eorum, ſe iræ ap-
vas reddit iræ. Deus vas fingit, iram autem, qua ta in
ſe præparat, vel ſe reddit ira dignum, non fecit interi-
Deus, ipſe ſe vas reddit iræ: ob peccatum enim tum.
Deus illum execratur peccatum autem, non
Deus, ſed ipſe commiſit: *Vas iræ eſt, qui omnem,*
inuidiæ diaboli, operationem, quaſi vas quoddã ſuſ-
cepit. Per hoc ſe reddit aptum in perditionem.
Vas iræ, & quid agit? Eodem quo iuſti vult itine-
re proficiſci, quodque mare eandem ſibi quam
Dei amicis ſeruet tranſeunti reuerentiam. *Cor-*
dis arrogantia fretus iter iuſtorum accenſus eſt in-
gredi, ac exiſtimauit quemadmodum populo Dei ſic
& ſibi mare rubrum permeabile fore. O te lepidè
ſtultum! quid tibi maris arrogas iter ampliſsi-
mum, quo gaudens permees, iuſtorum ſecutus
veſtigia? *Inimicos eorũ operuit mare.* O Phariſæi, Exo. 15.
qui Saluatorẽ noſtrum adeuntes, eadẽ qua iuſti
libertate ac familiaritate poſtulatis. Acceſſerunt
iuſti ad mare, Chriſtum, mare gratiarum, donorũ
& cœleſtium beneficiorum: & conceſſit illis in-
greſſum & egreſſum planè honorificum mulieri,
Chananææ, Centurioni, cunctiſque qui proba ad
illum acceſſerunt intentione ſuas participauit
gratias, & illis omnibus tales quales pie require-
bãt & iſti Nazareni inuidia ſuperbia & arrogã-
tia tumidi prætendunt illas ſibi impertiat, quas
iuſtis tribuerat liberalis. Quod illũ adeant roga-
turi iam male diſpoſiti, illa, quæ prioribus, vt-
pote bene diſpoſitis indulſerat. Approxima igi-
tur, ipſum: etenim te pelagus pudore cõfundet,
redarguet, euidenterque tuam indignitatem,
tuã malitiam, inuidiamque tuam manifeſtabit,

& tuæ culpæ adſcribendum arguet, quòd apud vos illa non operetur ſuæ virtutis opera, ſed nec miracula, quæ paſſim apud extraneos, vipote iuſtos operatur.

Alij, prout ſuperiùs egimus, fluuium Xalonem impugnant quod ſcatriens in Caſtilia fœcundet rigetque Aragoniam: ne cauſam imputes Xaloni fluuio ſed Caſtiliam accuſa, illa etenim in cauſa eſt: eo quòd ibidem, vbi ſcaturit, montes habet oppoſitos, rupeſque eminentiſſimas, qui ſe fluuij curſui opponant, & in aliam Aragoniæ partem diuertant, vbi regio eſt decliuis inferior, & aquis decurrendis ac profluendis aptior, vnde per illam decurrit, illam rigat, fœcundat, opibuſque cumulat infinitis. En tibi hic fluuius ille cœleſtis, de Nazareth ſcaturiens, & amoris ſui pondere ſingulari, in medium prorumpit ciuitatis, vbi plebis erat concurſus in Synagoga, vt eam abundanter irriget, & gratiarum fluenta profundat, plenoque alueo torrentem ſuarum emittat miſericordiarum: *Ego quaſi fluuius Dioryx &c. & dixi. Rigabo hortum plantationum.* Opponunt illi petram altiſſimam, ſuperbiæ diabolicæ, montem fortiſſimum, & rupē velut æream, cordium ſcilicet ſuorum obdurationem, qua illum deſpiciunt, & vt impoſtorem habent, ac oratorem cæteris loquaciorem. (a) Quid fluuio faciendum? In aliam decurrendum partem: cum enim gratiarum eius numquam fluere deſinent & exareſcere poterunt torrentes copioſiſſimi, ad alienos deriuentur; decliuiores, humiliores, illos perfundat, illos riget, inter illos profluat, numquam ſtagnet: *Non dixeris per Deum abeſt.*

Ecc. 25. 41

(a) Hablador de ventaja.

Eccli. 15. 12.

V. Tibi defectum imputa gratiarū.

Modò cape rationem, cur Deus non tibi, vt alteri ſua conferat beneficia. Conſideras attonitus mirabilia quibus Deus terreſtem illum præuenit in benedictionibus dulcedinis Seraphinū D. Franciſcum; quæ & ipſos rapiant angelos in admirationem; raptus, cœleſtes harmoniæ, paſſionis Chriſti impreſſa ſtigmata. Peruolue conceſſa S. Catharinæ Senenſi prodigia, cui Deus ſenſibiliter de pectore cor eruit, & proprium ſua ſubſtituit manu, horaſque cum illa perſoluit canonicas. Attende triumphos martyrum glorioſiſſimos, cōtra totius Romani imperij vires, mundique potentiſſimos: Mirare victorias inclytas SS. Confeſſorum, Monachorum, Anachoritarum quas de dæmonum inferniq; retulere poteſtatibus. Quo nō fauore dignatus eſt latronem ſibi in cruce lateronē? Publicanum Zachæum? Dauidem adulterum? Audio te dicentem Domine: ex tot præclaris beneficiis aliis liberaliter conceſſis, me negligis illiberalis? Ne culpā Domino adſcribas, teipſum reum accuſa. Quo etenim iure expoſtulas, vt diuinus ille fluuius effundat, & aquas aperiat ſuæ miſericordiæ, per te decurſurus, ſi montem opponas duriſſimum, & cordis tui obſtinationis fortiſſimum obſtaculum, in tantum vt nullus hic prædicator, confeſſarius nullus, exteriùs nulli conſcientiæ remorſus & agitationes interiùs nec iræ diuinæ timor, nec iudicij, infernique horror, vllam in te vnquam, ſicut in aliis fecerint aperturam.

Quo titulo talem tibi qualem Dauidi peccati 40 poſcis indulgentiam? Num cor tum agis, aliquid, quæ Dauid egit quàm plurima, ſeueram adeò ſubiens pœnitentiam, vt cinerem tamquam panem manducaret, lachrimas vt potum ſumeret, integras noctes triſtibus gemitibus, ac grauibus ſingultibus dedicaret: oculi eius perennes fontes, & adeò largè profluentes, vt lectus præ lacrimis ita maduerit, ac ſi de fluuio merſus extraheretur: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrimis meis ſtratum meum rigabo.* Quo iure vis tam miſericordem ſe tibi, ſicut D. Petro, exhibeat? Numquid tu, quod ille? De loco namque diſcedit, qui illi ad peccatum viam ſtrauerat vnicò ictu cunctas amputans occaſiones, ita corde totus afflictus, vt ex lachrimis oculis erumpentibus facies eius ſulcos traheret profundiſſimos. Quo debito prætendis talem qualem Abrahæ, Deus faciat tibi gratiam? Numquid tu, quod ille? Non enim ſolummodo propter Deum propria exceſſit terra ſed domum erexit, pauperibus in hoſpitium, & parum ei erat aduentantes excipere, niſi etiā illis in itinere curreret obuius, in binis illos multò quæreret diligentiùs (inquit D. Chryſo.) quàm optatam venator feram perſcrutatur. Quo nomine poſtulas iacturas tibi reſtauret Deus, ſicut Iob cuncta in duplum perdita reſtituit? Numquid tanta in tribulationibus, quanta Iob exultas patientia? & quo caſus ſunt aſperiores, eo gratiarum Deo reddis actionem ampliorem? Num hoc intonas: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum?*

Pſal. 6.

Iob. 1.

Numquid illa perficis, quæ illi, qui ſincerè Deum non offendere ſatagebant? Id quod S. Benedictus, qui vt carnis euinceret tentationem, ſe nudū inter vepreta volutauit? Id quod S. Franciſcus, de eodē facinore laudabilis inſuper, & intenſiſſimi tempore frigoris, & hyemis iniuriæ, algidiſſimæ niuis globulos amplectebatur? Id quod D. Dominicus, qui tertiò per diem carnem

ſuam vſque ad ſanguinis profuſionem flagellis excipiebat. Tuane ſunt Monachorum exercitiã, qui ſe ſtrictiſſimis adſtringebant pœnitentijs, pectora tundentes, feras pendulas labijs ſuis affigentes, dies noctibus in oratione connectentes? Num Anachoritas imitaris, qui in peccatorum ſuorum pœnam, ſe velut carceribus concludebant, vnciatim comedentes, guttatim bibentes, ſub dio & frigido aëre noctibus, ſub ardentiſſimis ſolis radijs tota die perſiſtentes? Numquid D. Hilarionis aliorumque inſequeris veſtigia, qui quò carnem ſuam macerarent in dies quinque ficus cõmedebant, bibebantque frigidam? Num Dei ſeruos æmularis? Vbi precor, illa, biduo, triduoue protracta ieiunia? Vbi lectus nuda tellus? Quid de cilicijs aſperrimis? Vbi cupiditatum illicitarum refrœnatio? quis mundi contemptus? quis Dei timor? qualis in proximum charitas? quid tu tibi perſuades, quòd beneficia, donaque, quibus Deus amicos ſuos abundanter cumulauit, ea impetrarint, ſeipſos lautius excipiendo, genialiter comedendo, ad ſatietatem & crapulam bibendo, ſe ingurgitando, molliter dormiendo, ſuis appetitibus plus ſatis indulgendo? Illorum perlege geſta memoranda,

D. Bon. Lib. 1. de Confl. c. 4.

Hæc omnia luculenter enarrat reuelatio quædam facta S. Eliſabethæ viduæ, per Sanctiſſimam virginem Mariam, Sanctam Sanctorum, diuinarum depoſitum gratiarum, vt refert S. Bonauentura. Corde reuoluebat auentiſſimo pijſſima hæc Hungariæ regina beneficiã, quæ Deus cœlorum Reginæ conceſſerat ampliſſima quàm effuſa manu, & potenti brachio diuina ſua dona & priuilegia prorſus ſingularia in illam profudiſſet. Apparet illi Virgò virginum præclarâ, & modum exponit, quem à primis ſeruauerat vnguiculis, quando triennis à parentibus Deo in templo præſentata fuerat, ſuam pœnitentiam deſcribit, mortificationem, ieiunia, vigilias, perpetuas orationes, cordis gemitus, profundiſſimam humilitatem: *Pro firmo ſcias: quia ita me reputabam ream, & viliſſimam, & gratia Dei indignam, ſicut tu, ideo petebam mihi gratiam, & virtutes.* Tandem in hæc verba cõcludit. Filia chariſſima, credisne, dona & beneficiã quæ mihi benignus communicauit Deus, ſine vllo labore meo ſtudioque conceſſa? Noſſe te igitur velim, quòd præter illam, quàm matris accepi viſceribus, quàm nec mereri, nec mihi conquirere poteram, reliquæ omnes magno, mihi conſtiterint labore, multa oratione, frequẽtibus lacrymis, gemitibus inenarrabilibus, operum aſſiduo ſanctorum exercitio. Sunt autem verba D. Bonauent. aureis digna conſcribi litteris, oculiſque perpetuò præponenda: *Filia tu credis, quòd omnem gratiam, quàm habui, habuerim ſine labore? Non eſt ita; imò nullã gratiã, donũ, aut virtutẽ à Deo habui, niſi magno labore, continua oratione, ardenti deſiderio, profunda deuotione multis lacrymis, & multa afflictione, dicendo, faciendo, cogitando ſemper ſibi placita, ſicut ſciebam & poteram, excepta gratia, qua ſanctificata ſui in vtero matris* (Ex quibus hanc illi proponit concluſionem:) *Pro firmo ſcias, quòd nulla gratia deſcendit in animam, niſi per orationem, & corporis afflictionem, &c.* Vt autem hæc doctrina ad noſtras perueniat aures, illam quoque eadem Dei genetrix puriſſima D. Brigittæ cuius reuelationes omnium iudicio in Eccleſia probantur, magnamque habent auctoritatem. Tu igitur preces tuas coram Deo proſterne, tu roga, velit quæ alibi fecerit & hic facere *Fac & hic.* Tu ſimiliter, quòd illi, fac.

VII. Apparet D. Virgo Eliſabeth Hungariæ Reginæ.

Huic innititur doctrinæ reſponſio illa Diui Gregorij ad Petrum Diaconum ſuum, quam ipſe deſcribit Familiariter colloquitur quondam Diacono ſuo, vti doctiſſimus ita ſanctiſſimus Pontifex, & prærogatiuas et arra Monachi ſui temporis meritis clariſſimi nomine Florentij, & hoc autem ſingulariter, quòd quidquid à Deo per preces poſtularet, continuò obtineret, in tantum, vt dum ad locum accedit ſerpentibus terribilem, & ipſo rogante, Deo ſupplicaret, illos abigere dignaretur, ad vnicum oris ſui verbum, oculis ac manibus in aëra ſublatis Deus continuò poſtulatis annuit: *Subitò cœlum intonuit, atque idem tonitru omnes illos, qui illum locum occupauerant ſerpentes interemit.* Quo audito miratur Diaconus & percunctatur. Sanctiſſime Pater quæ poteſt eſſe ratio, quòd tam citò Deus Monacho petita conceſſerit, mihi verò, & alijs, vel petita non concedit, vel in multa differt tempora? Vos (reſpondet D. Gregorius,) alijque eſtis in cauſa, qui ea in Dei honorem non agitis, quæ Sanctus hic faciebat. Ille velociter Dei præceptis obediebat, & diligenti ſtudio, quæ Deo ſciebat eſſe placita, exequebatur: Hinc Dominus correſpondebat, ilicò votis eius precibuſque fauens liberalis. Vos & ceteri, vel non agitis id, quòd à vobis expoſtulat, vel præcipit Deus, vel negligenter, aut tardè perficitis, ſurdas eius vocibus aures præbetis, quocirca & veſtris etiam clamoribus obſurdeſcit, & vel petita non concedit, vel procraſtinat: *Quid mirum, ſi poſtulantes à Domino minimè audimur, qui præcipien-*

VIII. Exemplum.

Lib. 1. Dial. c. 15.

D. Greg.

IX. Ratio cur in precibus non audiamur.

D. Greg.

cipientemDñm, aut tardè, aut nullo modò audimus? Et quid mirum, ſi Florentius in prece ſua citò eſt auditus, qui in præceptis ſuis citiùs Dñm audiuit. Ex huius occaſione ponderat D. Greg. illã Spiritus S. ſententiã: *Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* (Prou. 28. 9.) Viſne Deus hic agat quòd alibi, tu fac hic quòd factum alibi.

☞ 41 Summoperè Dei populus affligebatur: eò quòd tyrannus Holofernes graui cingeret Bethuliam obſidione. Languebat animus etiam fortiſſimis. Prodit ſummus Sacerdos Eliachin, illos adhortatur. Euge agite chariſſimi, ſumite animos, in memoriam reuocate, qualiter in deſerto Patres noſtri non leuibus preſſi calamitatibus, ob Amalechitarum grauiſſimum impetum, per orationes, ieiunia & pœnitentiam ad Deum confugerint quòd ibi tum temporis egit, aget & hic ſi nos hic, quòd ibi ipſi, egerimus; *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini.* (Iudith c. 4. 12.) Exponit hæc omnia eleganter D. Amb. & latius ad præſens interpretatus Euangelium: *Euidenter nos ſermo Domini Saluatoris informat, & ad ſtudium venerandæ diuinitatis hortatur, quòd nemo ſanatus oſtenditur, & maculaſi morbo corporis abſolutus, niſi qui religioſo officio ſtuduit ſanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, ſed obſeruantibus deferuntur.* (D. Ambr. Lib. 4. in 4. Lucæ. Lib. de viduis. Tom. 4.) Deus ſpeculum eſt, & talem ſe tibi offert, qualem te, tu illi. Hæc fuit illa Nazarenorum amentia qui prætendunt, vt ibi in eorum Chriſtus obſequium præſtet illa, quæ exterorũ causâ alibi præſtiterat, cum hi non ea agerent, quæ illi. Illi Saluatorem ſumma exceperunt reuerentiâ, vt diximus hi inhonorarunt, illique tanta incredulitate obſtiterunt, vt dicant Euangeliſtæ, quòd *Mirabatur propter incredulitatem illorum.* Ita vt, vno eodemque greſſu currerent, & honor illi ab extraneis delatus, in eum credendo, & contumelia, qua in illum non credendo conciues eum affligebant, quocirca, ſic vt Capharnai magnam Chriſtus fidem mirabatur Centurionis: *Audiens Ieſus miratus eſt*; ſic & hic in Nazareth peruicacem connaturalium miratur infidelitatem: *Mirabatur propter incredulitatem illorum.*

§. 16. Non eſt propheta ſine honore.

Honorem Chriſtus prætendebat, non tam ſibi, quam in ipſorum hominum beneficium.

☞ 42 Obijcies autem, plus admiror datã à Chriſto rationem, quàm ipſam concluſionem. Vobis non ſum ſicut alijs, beneficus, quia non me, ſicut alij, reueremini. Quid hoc cœlorum Domine, à quo tempore mundi honores fuiſti aucupatus? Nũquid tu ille, qui illos deſpexiſti, & docuiſti nos, eoſdem pedibus tereremus? Numquid tu ille, qui toto vitæ tuæ decurſu honores fugiſti, & es proteſtatus: *Ego claritatem ab hominibus non accipio.* (Ioa. 5. 41.) Quando miraculorum tuorum magnitudine conuicti quinque millia hominum, quos in deſerto quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiaſti, te honorare, te regio coronare voluerunt diademate, fugam arripuiſti, te abſcondiſti, montiſque faſtigium ne videreris aſcendiſti? Natiuitatis tuæ gloriam, hymnis cœleſtibus, & Angelorum melodiâ celebratam, glorioſa regum terræ feſtiuam adorationẽ, Bethlehemitici ſtabuli concluſiſti anguſtijs, & ignominia probroſæ mortis abſcondiſti, quàm ſubire voluiſti in loco ceteris magis publico Hieruſalem, die confluxus totius orbis, vniuerſalis. Ad rem aptè declarat D. Auguſtinus Domini verba ore Dauidico decantata qui ad litteram Chriſti deſcribit paſſionem: *Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* (Epiſt. ad Honor. c. 8. Pſal. 21.) Quorum varias dat expoſitiones, quarum ea prima eſt, quòd per illa Chriſti voluerit teſtari humilitatem & quantùm in mundi dignitatibus aberat ambiendis: *Ego ſum vermis & non homo.* Vox hæc: *Homo*, non ſumitur, ſecundùm id quòd ſignificat eum qui naturam habet humanam, hoc enim modo, Chriſtus homo erat, ſed ſecundum quòd eum ſignificat qui honores venatur, ea phraſi quem dum virum abiectum & nullius auctoritatis vocas, de illo dicis, non eſt homo. Vnde transferunt alij: *Ego ſum vermis. & non vir.* Ampliùs: *Opprobrium hominum & abiectio plebis*; Non illi ſat erat dicere: contumelijs & opprobrijs affectus ſum, ſed ipſum opprobrium, & hominum abiectio; de re aliquâ pronuntias, valde albâ quòd ipſamet ſit albedo. (Chriſti expoſcitur humilitas.)

Cum igitur hæc ita ſint, quid eſt quòd modò tam auidum te oſtendas auræ popularis, vt rationem non faciendi in patria tua miracula illã aſſignes, quòd te in illa non honorent? Conſtat omnibus, quòd Chriſtus humanæ non eſſet laudis auidus, nec famæ ieiunio præceps, maximè verò terrenæ; nouerat etenim ipſe meliùs, quàm omnes philoſophi, qui terrenam gloriam fugerunt, illam magis debere contemni, & conculcari, quàm captari: nihilominùs illam ambiebat, non propter ſe, illi namq, nec parum nec multum referebat, ſed in maximũ hominum beneficium.

cium. Hoc quòd Dominus ſectabatur, noſtrum erat bonum, & ſuas nobis poſſe diuitias & inæſtimabiles communicare diuitias: ſciebat autē,

II. *Ad miracula Chriſtus fide ponebat.* hominum omniū fidem eſſe fundamentum, in illū credere, illum recipere, vt talem qualis erat, illum agnoſcere illum vt talem reuereri. Ad Dei beneficia, donaque recipienda, fides eſt ſupponenda: *Accedentem ad Deum oportet credere*, *Hebr. 11.* Ita Saluator Iudæis preteſtatur: *Niſi credideritis* *Ioa. 8. 24.* *quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.* Et Patrem orans hanc omnibus notam depromit ſententiam: *Ioa. 17. 3.* *Hac eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

43 Hinc eſt, quòd patraturus miraculum, primò fidem exigebat. Accedunt cœci, & viſum depoſcunt. Reſpondet illis: *Matth. 9. 28.* *Creditis quia hæc poſſum facere vobis.* Etiam Domine. Eam igitur vobis concedo. Pergit Lazarum reſuſcitaturus, & prius in fide Martham inſtruit, ea namque de cauſa morabatur cum illa aliquantulum, vt notat D. Petrus Chryſologus *Serm. 63. in fin.* demonſtrans, quòd prius in eius corde excitare & reſuſcitare deberet fidem, quàm de ſepulchro fratrem Lazarum. Iam operi ſe accingens, aliqualem Martha prodit incredulitatem, dicendo, *Iam fœtet.* *Ioa. 11. 40.* O Martha, replicat Dominus, *Nonne dixi tibi, quia ſi credideris, videbis* mirabilia, *Gloriam Dei*, & quod non credendo nulla videbis omnino. Verba ſunt hæc quibus oſtendit Dominus, id quod primum, quando cum illa hærebat, illi dixerat, & docuerat. Ita vt, dum Saluator noſter exigit, vt in illum crederent, honorem illi deferrent, & vt talem, qualis erat, reuererentur, non hoc amore ſui prætendebat, ſed eorum causâ, vt in illis operaretur miracula, dona diſtribueret, beneficia conferret: quod namque ad hæc & alia viam aperit, fides eſt certa & ſecura. *Iac. c. 1. 6.* *In fide nihil hæſitans*, inquit Apoſtolus. Ex hac doctrina duo declarat D. Chryſoſtomus *Hom. 7. in 1. ad Cor.* loca D. Pauli Apoſtoli, qui ſibi videntur repugnare. Et in vno loco dicit quod ſua Dominus ordinarit myſteria, ſacramenta, miracula in gloriam ſuam: *1. Cor. 4. 16.* *Quam prædeſtinauit in gloriam ſuā.* Alio verò loco dicit, hæc omnia conſtituta eſſe in gloriam noſtram: *1. Cor. 2. 7.* *Quam prædeſtinauit in gloriam noſtram.* Si ſuam appetebat gloriā quomodo noſtram deſiderabat? Optimè; quia ſuam

III. *Chriſtus ob noſtrā gloriam, ſuā quærebat.* ambiebat gloriæ noſtræ causâ: ob hoc honorari quærebat, æſtimari, & ab hominibus glorificari, in gloriam & ſalutem ipſorum hominum: medium etenim, quo ſuæ illis communicaret bona gloriæ, hoc quærebatur, vt illum ipſi reciperent, agnoſcerent, honorarent. En tibi cauſa, cur in Nazareth nulla notatu digna fecerit miracula quibus hoc addit Euangeliſta, quòd nec quidem poſſet, ob refragam illorum incredulitatem: *Non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum.* Quod modo non vacat exponere, niſi ſecundum prædicta, quòd ipſa incredulitas Deo manus ligare videatur? Hanc ipſe tollere deſiderat, & in ipſum credant poſtulat, quo ſua ciuibus poſſit ipſe communicare beneficia.

§. 17. *Vt Dei miniſtri opera faciant, debent in honore haberi, ea de cauſa illis dat faciendi miracula poteſtatem.*

HIc nota rationem cur Deus ſuos velit miniſtros & honorari & magni fieri, vt illos colas, verearis, reuerearis non tam propter ipſos, quàm ob commodum Veſtrum & animæ ſalutem: ſi namque illos non magno habueris in honore, non iuſtam illis tribueris auctoritatem: quem in vobis fructum facient? Hoc ſubtiliter aduertit D. Chryſoſtom. illa D. Pauli Apoſtoli verba interpretatus: *Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monēt vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum.* *1. Theſſ. c. 5. 12.* Quantum ſapio vult Apoſtolus comprehēdere & deſcribere quid ab illis requiſierat. Hoc enim illis ſignificatur verbis: *Rogamus autem vos fratres.* q. d. Multa à vobis poſtulaui, ad multa ſum vos adhortatus, nihilominus hoc ſit omnium primicerium. Quid rogas Apoſtole? *Vt noueritis eos, qui laborant inter vos & præſunt vobis in Domino, & monent vos.* Vt Dei miniſtros noueritis qui laborant inter vos & veſtri ſunt ſuperiores, vos adhortantur, verbum Dei vobis proponunt. Quid hoc ſignificat, *Vt noueritis eos*, Iam illos nouimus. Nec intendit, nec de ſimplici loquitur cognitione, ſed de notitia approbationis, æſtimationis & honoris; eo modo quo de Chriſto Ioannes loquitur Iudæis, quem inter illos medium non cognoſcebant: *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* *Ioa. 1. 16.* q. d. ille quem non æſtimatis, non honoratis, non magni penditis; eo modo quo idem dixit Apoſtolus: *Nouit Dñs qui ſūt eius.* *2. Tim. 2. 19.* Vult etenim dicere, illos honorat, illos magnifacit, eo gradu quo Dauid olim cecinerat: *Nimis honorati ſūt amici tui Deus.* *Pſ. 138. 17.* Hoc vos rogo (inquit Apoſtolus) vt colatis, in pretio

habeatis,

I. Dei miniſtri in honore habendi, vt fructū faciant. D. Chry. Ho. 10 in 1. ad Theſ. Tom. 4.

habeatis, reueremini ſuperiores veſtros præceptores & prædicatores, & non taliter aut qualiter, ſed *Abundantiùs habeatis illos in charitate.* Quaſi dicat (interprete D. Chryſoſtom.) illis magis quam omnibus alijs debetis charitatiuè affici, & piè, illos feruentiori amare dilectione, illorum præ ceteris diligentiùs fauere dignitati: *Habeatis illos ſummo in pretio.* Et hoc non propter illos, ſed propter vos ipſos: vt in veſtris opera faciant animabus: *Propter opus eorum.* Si parentes veſtros ſummi facitis carnales (argumentatur D. Chryſoſtom.) per quos hanc Deus vobis largitus eſt vitam corruptibilem corporis miſeriarum cumulum, & quæ minimo exſpirat flatu, quantò maiori in honore habere veſtros debetis patres ſpirituales, per quos vobis Deus animæ dat vitam, perpetuam & æternam, quæ eſt vita diuina? Quanto feruentiùs illos, per quos veſtrum illuminat intellectum, veſtram inflammat voluntatem, veſtra remittit peccata, hoc vobis ſuæ gratiæ diſtribuit donum, cuius vel minima pars toti cœlorum, terrarumque præponderat natu æ? *Propter opus eorum*: Vt opus hoc in vobis queant implere.

Ecc. 38. 11

II. Dei miniſtri nō propter ſe ſed propter nos creātur.

Spectare videtur Apoſtolus illud Eccleſiaſtici: *Honora medicum propter neceſſitatem; etenim illum creauit Altiſſimus.* Propter neceſſitatem, non ſuam ſed tuam: propter tuam etenim illum Deus in hoc mundo creauit. In quem finem, arbitraris, poſuit Deus Prælatos, Prædicatores, Paſtores & Magiſtros? Propter ſuam eorum neceſſitatem? Minimè, ſed propter veſtram. Quid faceres, niſi Prælatum haberes, qui tibi Paſtor famularetur? Quid rerum ageres ſine Confeſſarijs, qui te abſoluerent, ſine ſacerdotibus, qui pro te Deo ſacra facerent, ſine prædicatoribus, qui te inſtruerent? Propter vos poſuit illos Dominus: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores.* Ad Ad quid? propter ipſos? Nequaquam, ſed ad connectaudum & animandum illud ſuum corpus Eccleſiæ myſticum: *In ædificationem corporis Chriſti*, vt in gratia & gloria perfecti eſſe valeamus: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Hoc opus agunt, & eo fine creauit Dominus medicos, propter veſtram neceſſitatem. O quantum te debere credis medico, qui te à febri curauit, quæ te feſtinatò rapiebat ad ſepulchrum! quantum illi, qui tibi moleſtiſſimam abſtulit paralyſim, te lepra mundauit immundiſſima! O quantum feruido obſtringeris prædicatori, qui tibi cor illuminauit obſcuriſſimum: prudenti confeſſario, qui te à peccatis tuis abſoluit liberum, mœrentem ſolatus eſt, ad dexteram reduxit ſalutis ſemitam! Vt autem hoc opus perficiatur, illos honora, illos primo habe loco, quod eterim proximè diſponit reparationi infirmum, illique quam maximè refert, vt effectum habeat, illud eſſe dicimus, ſi medicum magni faciat, & in ſumma habeat auctoritate quam ſi non habeat, nec eius magnifaciet præſcripta, nec obediet ſtatutis, nec ſeruabit inſtructiones. Quod opus in te prædicator efficiet, ſi cum illum naſo ſuſpendas? quid confeſſarius: quem vt non humanus reueteris? Quomodo illum auſcultabis? Quomodo ad huius te pedes proſternes? quomodo Prælati reuereberis inſtituta, ſi parua tua de illo ſit opinio?

Ephes. 4. 11.

III.

Hinc eſt, quod tanto Dominus ſtudio laborarit, vt prophetæ ſui miniſtri non vulgarem apud illos obtinerent locum, ad quos illos mittebat prædicatores. Vnde delegans Moyſen in Ægyptum, ſtupendam adeo illi tribuit prodigia faciendi poteſtatem, & quidem talia, vt omnibus eſſet in confeſſo, quod ipſæ creaturæ inſenſibiles, illum & agnoſcerent, & honorarent, & videretur quaſi potens quidam Deus: idcirco illi dixit: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Deinde dum eundem ad populum ſuum duræ ceruicis miſit tabulis legis honoratum, vt illi quam plurimum deferrent, tantam vultui eius indidit claritatem, fulgenteſque radios, vt oculos obcæcaret intuentium: *Fuit miniſtratio in gloria*, ait Apoſtolus. Ioſue autem, dum eum populi creat ducem & ſuperiorem, tantam contulit maieſtatem, vt alter Moyſes eſſe videretur, vnde & illi ait: *Hodie incipiam te exaltare coram omni Iſrael, vt ſciant, quoniam ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim.* Vt apud omnem populum Samuelis vigeret auctoritas, hanc illi tribuit poteſtatem, vt ad ſuæ vocis imperium, tempeſtates, & tonitrua adeo formidanda prouocaret, vt omnes eius ſe pedibus humiles inclinarent. Eliæ, quo à militibus in honore haberetur, poteſtatem dedit, ignem de cœlis eliciendi quo ſui plecteret contemptores. Eliſeo conceſſit, vt egreſſi de ſaltibus vrſi pueros diſcerperent irriſores. Idcirco miſſurus Apoſtolos in Iudæam prædicatores, vt omnium honore ac laudibus circumferrentur virtute curandi infirmos, & dæmones eiciendi commendauit: *Dedit illis virtutem & poteſtatem, vt dæmonia eiicerent, & infirmos curarent.* Quando demum à mortuis reſuſcitatus, eos per mundum deſtinabat vniuerſum, præcelſam illam

tribuit

tribuit poteſtatem, vt quicumque illis crederent: *Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit.* Quia vt dixit Apoſtolus, ſi mittens Moyſen cum lege antiqua, quæ vocari poterat miniſtratio mortis, eò quòd populo adferebat ſtatuta mortis magis & ſupplicij, quàm vitæ, talem illi contulit ſplendorem, ac vultus claritatem, quantò magis expediebat vt Apoſtolis daret: illos etenim mittebat cum lege, quæ vitam, miniſtrabat, & à morte liberabat, lege ſcilicet Euangelij: *Si miniſtratio mortis &c. fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi &c. quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?*

Marc. 16. 17.

2.Cor.3. 7.

Hinc collige cur Deus dederit poteſtatem & virtutem tam prodigioſa faciendi miracula S. Patri noſtro Dominico, in ipſa totius orbis vrbe primaria, Roma in omnium oculis, & Seraphici Patris S. Franciſci corpori Paſſionis S. impreſſerit ſtigmata taleſque ſplendores, vt eorum comparatione, claritas vultus Moyſi vileſceret; S. quoque Benedictum tantorum patratorem fecit eſſe mirabilium. Ac vltimò noſtra hac tempeſtate Sanctiſſimæ Matri D. Thereſiæ de Ieſu, nobis ſpectatoribus, quibus mundum in ſummam rapuit admirationem: vt apud omnes magno forent in honore: non tam eorum causâ, quàm ad ipſorum hominum ſalutem: vt pollentes auctoritate, & reuerentiâ conſpicui, ſuas poſſent fundare, quas fundarunt, religiones, in tantam Dei gloriam, fidei incrementum, Eccleſiæ defenſionem, hæreſum extirpationem, peccatorum conuerſionem, iuſtorumque conſolationem. Ex his proceſſit illa cura, quâ multi, ſanctique viri, honorem ſuum tectum ſartumque conſeruare ſtuduerunt, & in eius reſpondere defenſionem. Ita notat D. Gregorius illam D. Pauli prolixam orationem, honoris ſui defenſiuam, quem illi pſeudo-Apoſtoli quidam tollere conabantur, vbi cœleſti eloquentia, quam expendit D. Auguſtinus pro ſe reddens rationem ſtemmatis ſui, beneficiorum Dei, raptuum ſuorum, miraculorum, cauſam adducens, neruosè probat quod ipſe plus is valeat ſolus, quàm cæteri omnes in vnum collecti, quodque ipſe ſolus plus illis omnibus honoretur. Non hoc egit Apoſtolus (aſſerit D. Gregorius) vt gloriæ popularis ardelio: ſatis enim euidenter proteſtatus eſt, ſe nihil minus ambire quàm gloriam: *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs.* Sed in

V. Hinc viri ſancti honorem ſuum incolumem ſeruari ſunt.

Lib.19. Moral.c.14.

Lib.4.de doct. Chriſtia. c.7.

1.Theſſ. 2.c.5.

audientium vtilitatem, ac populi beneficium: certo etenim certius erat, quòd ſi illum minoris facerent, etiam apud illos doctrinæ vileſceret auctoritas, & ſuæ perſonæ dignitas, ac nullo loco haberent ea quæ aut doceret aut illis perſuaderet. Hoc igitur eſt quod illis reſpondet Chriſtus. Mihi obiecistis, *Medice cura teipſum*: q.d. vt patriæ meæ curarem infirmos: adſum paratus ſed vos ipſi veſtram vobis impeditis curationem: qui medicum exploditis, eius non recipitis præſcripta, nec meis fidem dictis adhibetis increduli.

§.18. In patria ſua. *Quia à ſuis contribulibus homines deſpiciuntur, vult Deus, vt ſui ſint miniſtri, velut extranei.*

HÆc omnia licet ita ſint, ſemper adhuc ſupereſt difficultas circa verba Saluatoris noſtri. Proponunt ipſi ſuam Nazareni querimoniam, prouerbio niſam, in eos, qui proprijs neglectis, curant alienos: *Medice cura teipſum.* Alio Chriſtus illis reſpondet prouerbio, quod diximus: (a) *Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Domine, ſi verū eſt axioma, erit & in vſu: hoc enim habent adagia, quòd propoſitiones ſint adeo certæ in rebus practicis, ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis prima principia. Si hoc ita ſit, & hoc praxis habet, quòd nullus in propria terra magnificat, de quo conquerens, quòd patria tua illam ſeruet conſuetudinem: Si hoc commune ſit & naturale: nulla videtur ſubeſſe ratio, illam de hoc accuſandi, ſicut nec illum qui communem omnibus ſequitur conſuetudinem: iam etenim tranſijſſe videtur in locum & vim legis, tandem, (b) Quod vſu receptum eſt excuſatione non indiget. Eſt autem hæc propoſitio indubia, noſtræque innixa naturæ. Quando quis dignitate conſpicuus extra patriam ſolum inter extraneos conuerſatur, in eo tantum, quod bonum, quod excellens eſt, & oculis obijcitur, ab alijs conſideratur: vnde nihil in eo notant aliud, niſi quod honoris eſt incentiuum. At in patria ſua, licet hoc quoque videatur, ſūt pariter conatus & defectus quoſdam ſugillant, à quibus nemo liber eſt, ſiue naturales, ſiue morales, ſiue ſtemmatis, ſiue bonorum fortunæ, ſiue parentum, ſiue de hoc, ſiue de illo, hæc verò illos, qui talia norunt remorantur, quo minus illi debitam deferant reuerentiam. Terrena hæc, quantò diſtinctiùs cognoſcuntur, tanto minus æſtimantur. Hoc intereſt diſcriminis inter na-

46

(a) *El jugar de la villa nunca hizo buen son.*

(b) *Lo que ſe vſa no ſe eſcuſa.*

I. Ratio cur nemo ſit in patria acceptus.

II. Differentia inter naturalia & artificialia.

turalia & artificialia, vt illa quo propriùs videntur eo magis habentur pro eo quod eſſe videntur: hæc verò quanto propriùs videntur: tanto clariùs agnoſcitur, quòd illud non ſint, quod à longe conſpecta, eſſe videbantur. Illinc vides in arbore fructum, qui eſſe videtur pomum; quanto propriùs illum intueris, tanto cognoſcis diſtinctius, & certiùs vt pomum habes, vt pomum æſtimas. Si verò pomum conſpicis depictum vel purpuriſſo aut cruſta fucatum, à longe nihil aliud ibi præter pomum eſſe iudicas, nec aliud detegis: at ſi propiùs acceſſeris, pomum non eſſe cognoſcis, & in ipſo linteo teneram aduertis lanuginem, prima lineamenta, fila, coloremque ſuppoſititium; vnde in ratione pomi, illud negligis. Commune eſt, quod in picturis, à longe nulli defectus annotentur, at plures, ſi propiùs inſpiciantur, vel in ipſo linteo, vel in filis, vel in coloribus, qui prope conſpecti, non aliud niſi quædam colorum congeries eſſe videntur.

III. Perfectiones in Deo ſunt naturales, in nobis verò artificiales.

Dei perfectiones, naturales ſunt, eius bonitas, omnipotentia, ſapientia, gloria: proinde quo propiùs illas intuemur, eo pluris æſtimamus. Peccatores autem qui eas de longe conſiderant, parui faciunt illas, & nullo pene habent loco: iuſti verò, qui priùs accedunt, eas æſtimant plurimùm: *Accedite ad eum & illuminamini*, monebat Dauid. Quantò quis propiùs acceſſerit Deo, tantò pluris illum facit, & veneretur impenſiùs.

Pſ.36.6.

Hinc ſingularis illa naſcitur opinio, quam Sancti in cœlo de Deo concipiunt: etenim adeo prope illum contemplantur, vt ſint ipſi in Deo, & Deus in illis. O quàm excellens illis apparet Dei bonitas, natura, omnipotentia. Hoc quod dixit Oſeas: *Pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum*, de Iudæis loquitur, qui ſicut à Deo longiùs recedebant ita minoris illum pendebant, eius quoque miſericordias donaque flocci pendebant. Attamen in fine accedent, & quo propriùs, eo vehementiùs talem mirabuntur bonitatem. Septuaginta ſcripſerunt: *Obſtupeſcent ſuper Dominum, & ſuper bonum eius*. Hoc quoque ipſis contingit animabus, cœlos ingreſſis, quando Deo vnitæ illum facie ad faciem contemplantur. Quàm ſtabant attoniti Seraphini illi, quos vidit circa Dei thronum Iſaias, adeo raptos in contemplationem, vt velatis capitibus ſuis ac pedibus, aliud proloqui neſcirent, quam *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius*. Hominibus autem perfectiones ſunt artificiales: ſcientia, potentia, eloquentia, prælatura, bonitas, modeſtia: hæc omnia velut picturæ fundantur in rudi noſtræ naturæ linteo, defectibus, & quantumlibet celeuantur, ſemper aliquis ſupereſt in linteo neuus, & noſtro labore, & natura flocci lanuginis. Perfectiſſimum totius mundi virum accede, vel ad ſingula momenta peruerſis laborat conditionibus, ſiue furoris, ſiue defectus in progenie, ſiue maculæ in parentibus, ſiue negligentiæ; proinde qui illum propiùs intuentur, illa ſemper aduertunt, & idcirco vilipendunt.

Oſe.3.5.

Iſa.6.3.

Timent Philiſthijm Samſonem cum de longe contuentes, eumque ſic conſiderantes, omnia vires, robur omnia iudicant. Dalila, illi proxima, eidem aſſidens cum illo menſæ, vno dormiens lecto, vna cohabitans domo, ipſa eſt, quæ partem notat debiliorem, & qualis ſit futurus Samſon, ſi ei capilli tondeantur; Detondete (inquit illa Philiſthæis) quoſdam crines, nec eſt quod in eo admiremini: vos etenim docebit experientia, eum vobis eſſe fortiorem: Hæc mundi conſuetudo. Eſt aliquis qui ſua mundum ſapit prædicatione, alter ſuâ cathedrâ, ſuis diuitijs hic, & ſua ille bonitate. Prodat ei compatriota, & qui illi eſt vicinus, atque, non eſt cur obſtupeatis. Tondete illi quoſdam capitis cincinnos, & vobis & mihi ſimilis erit. Auferte à tali diuitias, ab alio eloquentiam, ab hoc munus, & hominem illum videbitis eſſe abiectum, indolis peruerſæ, de progenie viperarum. Martha fœtorem prima percipit defuncti fratris, & obſtat, vel conatur obſtare, ne eius quiſquam curam agat: *Soror eius qui fuerat mortuus*. Sic & fratres germani Dauidis, & nominatim autem Eliab maior natu, fratrem vt ſcurram, ac temerarium arguebat: eo quod ſe oſtenderet animoſum, ac paratum, vt cum gigante certamen ineat ſingulare, & eius contribules ac conciues, alijs cum tribubus vt Regem acceptantibus, ipſi fratres peruicaces huic obſtiterunt, obijcientes vilem eius generationem, nullamque conditionem, & illi ipſi eum manibus Saulis tradere moliebantur, quando diffidens Ceilitis, ab illis diſceſſerat, Dei monitu, ne illo pergeret, vitæ namque apud illos diſcrimen incurriſſet, ſecurum autem ſe fore apud Ziphæos ſibi perſuadebat, cum enim filij eſſent Ziph poſteri Caleb, ex eadem cum illo erant tribu, & compatriotæ, illi verò præ cæteris eius inſidiati ſunt greſſibus, acerbiùs de illo ſunt conqueſti, & eum Sauli tradendi inire conſilium. Nec mirum, quod quanto quis alium cognoſcit perfectiùs tanto minoris illum faciat, quo propiùs illum intuetur, eò vilioris habeat: quia & ipſi Sancti, quo ſeipſos intimiùs conſiderant, & di-

ſtinctiùs

V. Sancti ex propria cognitione ſe ipſos deſpiciunt.

ſinctiùs agnoſcunt, eo ſeipſos ampliùs deſpiciunt, & omni cenſent honore indigniores, imo verò deſpectu pœniſque digniores. Quàm ſe vilem terrenus illi Seraphim arbitrabatur Fráciſcus? vt referente D. Bonauentura, integras cum ſocio noctes abſumeret, continuò de ſe iactando conuitia, & iubendo, vt alter in eum euomeret ſimilia. Quàm de ſe ſubmiſſe ſentiebat S.P.N. Dominicus, priuſquam ingrederetur ciuitatem in genua procumbebat. Deumq; rogabat, ne illam ob peccata ſua in ima demergeret? Parum eſt D. Greg. vt ſe Pôtificatu cenſeat indignum ſed nec dignũ reputat qui terram pedibus calcaret: *Humiliatio tua in medio tui*, *dicebat Dominus.* Teipſum introſpice: & in animi tui receſſus aciem dirige oculorum, ne dubites, inuenies, quo alas humilis dimittas, & erectam pauonis caudam velocius diſpergas. Si igitur quanto ſe quis propiùs intuetur, tanto ſe deſpiciat viliùs, quid hoc, quòd eiuſdem patriæ conciuem propiùs conſiderantes, & minoris habeant, & excipiant indecentiùs?

In vita S. Franciſci. c. 6.

Michææ 6. 14.

Datur & alia de hoc ratio, nempe, quòd rationem habere debiti videtur id quod quis pro patria facit, ſicut id quod in cauſa matris facit filius: minus enim acceptum habet mater quod in gratiam ſuam facit filius, quàm quod extraneus, licet hoc illo maius ſit: quia vt debitum attenditur, & naturale eſt, vt tanto magis vel minus faciamus, honoremus, aliquid acceptum habeamus, quanto maiorem aut minorem habet debiti rationem. Ex his cauſam elicit D. Chryſoſtomus cur ordinariè dominus voluerit ac ſuis præceperit prædicatoribus & Prophetis, vt ad ſuum exequendum officium, proprijs excederent regionibus, cognationem deſererent, & ad alias longè diſſitas terras proficiſcerentur, vel ſi in natali ſolo remanerent, vt à ciuibus ſuis adeo viuerent ſemoti, tam ab omni cum illis conuerſatione & familiaritate diſcreti, ac ſi tales eſſent peregrini quales vel illi. Vt enim prædicator, & propheta fructum colligat, requiritur, ſit honoratus, habeat auctoritatem; magni fiat & hoc illis in patria deerat, abunde verò ſuppetebat apud extraneos.

Ho. 32. in Gen.

VI. Cur Deus prophetas ſuos ac prædicatores excedere patriâ iuſſerit.

Ita perpendit in Abraham, quem dum Deus fidei patrem inſtituit, & totius populi credentium caput creat, facem, quæ mundum illuminet, hoc illi primum mandauit egrederetur de terra ſua, ſcilicet Chaldæa: *Egredere de terra tua*, & de omnibus finibus eius, aliò proficiſceretur ad populum, quem nec ipſe, nec illum ille aut audierat, aut viderat. Vt quid ô Domine tanto priuas Chaldæam beneficio, filio vtique ſuo? Nonnè tibi liberum erat, mandare Abrahæ vt prius in Chaldea prædicaret, & conciues ſuos fidem doceret, in eaque illos doctor inſtrueret? Numquid conſultius fuiſſet vt à patria ſua inciperet, cuius iam populi probè nouerat inclinationem? Imo ea de cauſa expedit, vt patriâ diſcedat, in illa namque eius adeo vileſcebat auctoritas, adeo eum aſpernabantur, vt ignibus tradere voluerint, imo de facto comprehenderunt, & in ardentem fornacem virum innocentem iniecerunt, quem ſi Deus miraculo non eruiſſet, perijſſet. Ionæ mandauit, de patria ſua diſcederet, in qua viuebat abiectus, inhonoratus, & in Niniuen aliò tendat, populo prædicaturus omnium quos terra tulit, nequiſſimo: quòd apud eos meſſem colligeret animarum fœcundiſſimam, & cum adeo peruerſi eſſent, effectum tamen operaretur mirabilem, quem nulla deleret obliuio, qui patriæ terminis licet fidelis concluſus, nullum tamen ei conferret emolumentum.

Hunc ſeruauit Deus modum, vt ſuæ legationi conuenienter Baptiſta exciperetur, quâ ad Iſrael mittebatur: *Fuit homo miſſus à Deo*, *cui nomen erat Ioannes*, *hic venit in teſtimonium*, *vt teſtimonium perhiberet de lumine*. Hoc namque præ omnibus agit; vt recens natus, de populi ſui cognatis abſtrahatur, ad deſerta transferatur, vbi nullus eum mortalium conueniret; ſoli de cœlis Angeli miniſtrarent. Hoc D. Lucas intimat Euangeliſta qui deſcripta eius natiuitate, confeſtim eum in deſerto ponit ſolitarium: *Et erat in deſertis*, *vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Origenes autem opinatur, quod natus & circũciſus Angelorum miniſterio raptus fuerit, ductuſq; in deſertum, vbi puerulum Deus manibus aluit Angelorũ, eaq; ratio fuerit, cur de eius nihil retulerint Euangeliſtæ in paternis laribus educatione: *Natus* (inquit) *non exſpectauit Deus*, *vt à patre nutriretur.* Ibi vixit ſolitarius, incognitus, quem nullus hominum videret, vſque dum annum agens trigeſimũ deſertis exierit prædicator, velut qui ex altero mundo prodiret, ea quoque de cauſa tanti ab omnibus fiebat, tanto ſuſcipiebatur honore, tantâ colebatur reuerentiâ, vt ad illum tota excurreret Hieruſalem, ſe Scribæ & Phariſæi illi ſubmitterent, etiam impudentiſſimi quique milites, ad meliorem frugem eius prædicatione conuerterentur, quò tanta apud illos viguit auctoritate, vt Phariſæos illos hypocritas, genimina viperarum indigitare non vereretur, & tam acriter, vt reprehendit, reprehenderet. Elegit Deus Apoſtolum Paulum mundi prædicato-

48

Ioan. 1. 8.

Luc. 1. 80.

Origen. Hom. 9. in Matth.

VII. Cur Ioannes Baptiſta ſemper vixerit in deſerto.

catorem, at primum illum à mundo ſegregauit, ad cœlos tranſtulit, vt dum ſe concioni accingeret, vir eſſe videretur, non de terra genitus, ſed

Rom.1.1.

de cœlo deſcendens. Hoc ipſum fatetur: *Segregatus in Euangelium Dei.* De quo ſegregauit illum Deus? Non ſolum de quibuſlibet alijs operibus & occupationibus, ſed de populo ſuo, vt illis velut externus eſſe videretur.

☞ 49

VIII. Apoſtoli ſal dicuntur.

Tangere velle videtur Apoſtolus, illud quod Dominus ſuis dixerat Apoſtolis, & in ipſis, ſuis prædicatoribus, & Euangelij miniſtris: *Vos eſtis ſal terræ.* Eſt autem ſal eiuſdem naturæ cum aqua marina: Verum vt fiat ſal, qui ſapiat,

Mat.5.13.

& ſaporem infundat, neceſſe eſt vt de alia maris aqua extrahatur, & foris ad ſolis radios coaguletur. Talis ſit, neceſſe eſt, prædicator extractus à mundo, de conuerſatione, de familiaritate populi ſemotus:

Apoc.17.15.

Aquæ multæ populi ſunt. In angulum ſeorſum ſecedens, ad diuinæ lucis radios, conſtetur ſal, virtutum operumque bonorum ſaporem conquirat: hoc poterit populum ſale condire: quod ſi ſint, conuerſentur, agant, tempus terant, ludant, & cum plebis quolibet iocule‍ntur, debitam illis negabunt reuerentiam, & eos, vt quemlibet eorum de populo æque habebunt familiares. Hic congruere poſſet illud Apoſtoli:

Hebr.5.1.

Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum. Eſſe debet Pontifex aſſumptus ab hominibus, de hominum conuerſatione, familiaritate, negotijs, vt alter Moyſes, quem Deus elegit ducem populi: *Aſſumptus ex aquis:* Eſt autem

IX. Sint ſacerdotes ſegregati à populo.

hæc doctrina in ſacris literis adeo celebris, vt credat Diuus Ambroſius quòd illam ex ijs hauſerit magnus ille Philoſophus Pythagoras, cuius ſententiæ, apud gentiles, velut diuina oracula habebantur. Fuerunt autem adagia quædam, dicta ſymbola Pythagoræ, non vulgari grauidæ ſcientia. Verum D. Clemens Alexandrinus, opinatur, de illis agens, quòd omnia illa ex ſacris noſtris paginis decerpſerit quarum non leuem habebat notitiam. Sicut quidquid boni dixit Plato, quo totum rapuit mundum, & quæcumque ſapientes omnes ſunt locuti, nec non philoſophi, furta cenſentur omnia, quæ tam ipſe, quàm illi ex diuinis noſtris voluminibus exſcripſerunt. Inter alia Pythagoræ prouerbia, hoc vnum fuit, quòd ſapientibus, præſertim verò ſacerdotibus prælegebat: *Via communi ne inceſſeris.* Hoc autem prouerbium ſacerdotibus, ſi credimus D. Ambroſio, ex hoc ſumpſit, quod in ſacro textu legerat, à Domino Moyſi præceptum; aſcẽderet in montem, comitatus fratre Aarone, alijſque ſacerdotibus, populus verò ad montis decliue conſiſteret:

D.Am. Ep. ad ... Tom.

Legerat præceptum Moyſi, vt montem cum ſacerdotibus aſcenderet, populus autem deorſum ſtaret ſeparauit igitur ſacerdotes à populo. Poſt hæc hoc quoque legit, quòd Deus eligens in ſacerdotes Aaronem, eiuſque filios, illi præceperat, eos de medio populi ſegregaret: *Legerat item in Exodo eidem Moyſi mandatum, vt applicaret ad ſe fratrem ſuum cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungerentur coram eo. Vide diuiſiones, nihil in ſacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune, cum ſtudio, atque vſu & moribus inconditæ multitudinis.*

Lib.1. contra Iouinianum.

Refert D. Hieronymus, id quod narrat Bardeſanes Babylonius agens de ſacerdotibus & doctoribus Indiarum, quos dicebant Gymnoſophiſtas, eorum duo eſſe Dogmata, quoſdam vocabant Brachmanas qui in medio populi habitabãt,

X. Qui fuerint ſacerdotes Indiarum.

alios vero Samanæos ſacerdotes adeo abſtemios vt nedum carnibus non veſcerentur, ſed nec arborum fructibus, at paucis tantum herbarum radicibus & incocta oryza. Hi circa fluuium Gangem morabantur ſolitarij, nec vlla erant cum alijs conuerſatione communes, quos niſi ſacris altaribus adſtantes non videbant. In more habebant Reges illos inuiſere, & ad illos accedentes in genua cernui illos adorabant. Vtrum amplius admirer, inquit D. Hieron. ignoro: num eorum ſolitudinem & parſimoniam, num illud quod ab ipſis viſeretur Regibus, idque tantá reuerentiá vt coram illis procumberent in terram, & adorarent, cum Reges illi eſſent tanta tumidi ſuperbia, vt ipſi ab alijs ſe præciperent adorari. Verum hoc prologuor, vnum ex alio conſequi: ex eo quod à populi tumultibus ſe ſegregarent, ſui negarent conſpectum aduentantibus, nec ipſi in publicum prodirent, niſi ſacris ſuis ac ſacrificijs intenti, nec alios ipſi viſitarent, imo nec Regem ipſum, illud neceſſario conſequens erat, vt omnes illis plurimum deferrent, & vt alterius orbis viros reuererentur. Quid, numquid viſitare debet prædicator? quid, aliud illi non eſt exercitium, niſi viros nobiles, Dominos, Principeſque conuenire? Quid, numquid illi deferent, quem vident, vt de turba quemlibet, per plateas, foraque diſcurrentem? Optimè dixit alter dum inter noſtras gallinas gallus incedit indicus, ſtupent omnes, illi ſe ſubmittunt, velut attonitæ hærent eius præſentiá percuſſæ. At quando paulo poſt, ſecum aduertunt & eodem alueolo comedentem & de ponte bibentem, ſicut aliæ gallinæ, non mirantur amplius non eum æſtimant, non magis quam cæteras gallinas, reuerentur. Quinimo hoc aſſero id.

plurimum referre, vt Dei miniſtri fructum referant vberrimum, nimirum, ſi plebei numquam viderent prædicatorem, niſi in pulpito, nec Sacerdotem niſi in altari; nec confeſſarium niſi in ſede; vero namque verius, quem quis habet ad menſam luſoriam collateralem, quem in leuitatibus ſocium cuius nouit imperfectiones, ægrè in alijs illum negotijs honorabit.

Ep. 6. Eleganter hoc dixit D. Ambr. ſuum etenim concludens diſcurſum, quò declarat, quam doctum certumque fuerit hoc Pythagoræ ſymbolum, ait: *Via communi ne inceſſeris, quomodo poteſt obſeruari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, diſpar à multitudine? Quid enim in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod vltra ſe inueniat? Si quæ in ſe erubeſcit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendat?* Et ſic conſequenter more ſuo materiam perdoctè proſequitur. Quomodo de cathedra reprehendet, id quod vident, ipſummet ſectari? Quam verbis eius dare poterunt fidem, quibus terrena vituperat, ſi hæc illum operibus pluris aduertant æſtimare? Prædicator, Dei miniſter, continuò mundi ſuadeat contemptum, deliciarum, honorum, pomparumque neglectum: verbis numquam deſiſtat nihili facere, quidquid mundus æſtimat plurimũ. Ad hoc verò, tam ſit à mundo ſemotus vt nihil ſit in operibus eius, quod poſſit verbis videri contrarium.

XI. Prædicator [illegible]

Multis in rebus ſuam oſtendit Ioſeph patriarcha ſapientiam, ſuam prudentiam, attamen in hoc ſingulariter, quod vt tale notat Spiritus S. varijs namque crebro probatus ſucceſſibus, iam totius prorex Ægypti, decreuit, vt pater fratreſque ſui de terra Chanaan, deſcenderent in Ægyptum, ibidem habitaturi. Quibus iam accedentibus, obuius proceſſit, benignè ſuſcepit, & poſt mutuum amplexum ſic ait: Præcedam ego vos, veſtrumque Pharaoni lætus annuntiabo aduentum, quo cognito, vos confeſtim ad ſe citabit, hoc tamen vos moneri velim, quòd iam coram ſe præſentes de hoc primum vos interrogabit: *Quod eſt opus veſtrum?* Cui hoc reſpondete. Domine mi Rex: *Viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra vſque ad præſens, & nos, & Patres noſtri.* His ſuppoſitis libellum offeretis ſupplicem quo habitare poſſitis in terra Geſſen, ab alijs diſcreta, in qua liceat vobis ab Ægyptijs ſegregatis, commorari: ſi huius cauſam inquiritis eam aſſero, quòd Ægyptij maximopere deteſtentur paſtores ouium, ſibique contrarios arbitrentur, nec non illis aduerſentur: vnde nec vobis ſecurũ foret tutumq; inter illos conuerſari: *Deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium.* Quæ, precor, erat huius cauſa deteſtationis? Hanc Spiritus S. declarat. Ægyptij vt Deos oues colebant, & vt tales adorabant, vnde conſequenter, illos habebant inimicos, qui coram illis oues mactarent, fuſtibuſque tunderent, quod illi cenſebant idem eſſe ac ſi Deos ſuos coram ſe fuſtibus tunderent, & excoriarent. Fratres Ioſeph oues & arietes iugulabant, tam in ſacrificium, quam in alimentum, & à via aberrantes, pedis ſuis paſtoritijs duriùs excipiebant.

XII. Fratres Ioſeph [illegible] cõſilio [illegible] ad habitãdum terram Geſſen. Gen. 46. 31.

Prudentiſſimum conſilium (ait noſter Cardinalis Caietanus) illis Ioſeph ſuggeſſit, vt terram Geſſen ſibi concedi poſtulent, in qua ſeorſim viuant à communi Ægyptiorum conſuetudine: eo quod paſtores eſſent gregum. Primò: abundabat enim herbis terra Geſſen, paſcẽdis gregibus fœcunda. Secundò: & primariò, quia conuiuendo Ægyptijs, aut mali futuri eſſent vt illi, colentes & adorantes, hoc quod illi, & æſtimarent & adorarent, vel perpetuo cum illis diſſidio certandum; ſi colant, ſi adorent, quod illi, nequam vt illi, imo peiores euadent. Si ſe contradicentes opponant, continuis inter ſe iurgijs diſſidebunt; Viuant igitur ſeparati. O Prælati, ô Prædicatores, ô Sacerdotes, ô Dei miniſtri: perpendite, opus veſtrum eſt eſſe paſtores, veſtrũ eſt mundi Deos occidere, fuſtibus tundere, deſpicere quidquid mundus adorat idololatra. Si inter mundanos moremini, aut vt illi vobis eſt viuendum, & hoc magnifaciendum, hoc adorandum quod illi, vel non. Si hoc feceritis, mundani eritis, vt illi, & tam exiguæ inter illos auctoritatis, ac illi inter ſe: Si illis audaces contradicatis in continua ne dubitetis, viuendum vobis inquietudine. Illorum fugite conſortia, quantum fieri licuerit, in terram ſecedite Geſſen, quæ, Beda interprete ſymbolum eſt S. Scripturæ terræ fertilis & frugiferæ: quando namque Ægyptus cimmerijs inuoluebatur tenebris, & clamoribus omnia reſonabant, qui in terra degebant Geſſe cœleſti radiabant lumine & ſuperna pace lætabantur. Secedat Dei miniſter S. Scripturæ myſteria ſcrutaturus. A mundo ſecedat, vbi cœlo ſit proximus, in cœlo cor figat, ſurſum corda: Geſſen quippe ſignificat: *Approximatio*, vel *appropinquatio*. Hoc ſi peregerit, ô quanto dignus cẽſebitur honore, quâ coletur reuerentiâ, quantum prædicatione ſua referet ac doctrinâ prouentum animarum!

In Gen. c. 47.

§.19. In patria tua. *Quod quiſquam à ſuis non magni fiat contribulibus, oritur cum ex ſuperbia, tum ex inuidia: vnde Chriſtus illis imputat culpam.*

20 CVm hoc igitur ſit adeo tritum & quaſi naturale, neminem in patria ſua magni fieri, nullam quis eſſe dixerit culpam in eâ, qui quod vulgare eſt & naturale, ſequitur. Quid igitur de ſua Chriſtus expoſtulat patria, de ſuis lamentatur contribulibus? Multis de cauſis: licet etenim hoc naturale eſſe videatur, nec culpæ adſcribendum, indubiè tamen non vulgarem ſecum inuoluit, non vnam tantummodo, ſed & duplicem & quidem notæ grauioris. Et licet, quia noſtræ naturæ corruptæ, culpæ ſunt familiares, videantur naturales tantò ſunt idcirco grauiores; quemadmodum malitia in Chananæis quam Sapiens vocat illis naturalem: *Naturalis malitia ipſorum.* Non enim ea de cauſa minus Dominum irritabat, imo tanto cenſebatur grauior, quantò erat naturalior.

Prima igitur culpa eſt Luciferina quædam ſuperbia, quam adeo naturæ noſtræ gerimus incluſam, quaſi primorum parentum hereditariam. Vnde cogitas oriri, quòd tuos flocci facias municipes nec in illis aliquam velis agnoſcere præcellentiam? Ex inflata ſuperbia, quâ moueris, ne permittas alium, quàm te, pluris æſtimari, tibi anteferri. Modo perpende, quando quiſquam accedit alienigena, quadam virtutis denique prærogatiua conſpicuus, ob illam honoribus & laudibus illum extollis, imo & libenter pateris tibi ſuperiorem, hoc quippe non credis in tuum cedere dedecus, iudicas enim, tibi non imputandū, quòd ille tibi in aliquo præferatur dignior. Quia hoc nemo culpam tuam eſſe dixerit: ſed fieri poteſt, vt in eius regione claſſes ſint doctiores, præceptores capaciores, illa ex ſe viros generet ingenio ſubtiliores, perſpicaciores, quòd ibidem tales nactus ſit occaſiones intentioni conuenientiores, quales qui hic nati ſunt, non habuerunt. Attamen te fateri, vicinum tuum, in eadem regione, eodem natum aëre, fluentis iiſdem potatum, iiſdem magiſtris inſtructum, iiſdem potitum occaſionibus, tibi præferri, tibi profectus palmam erigere; tantumdem eſt ac ſi dicatur: quòd ad hoc non fueris aptus, nec tam felici natus ingenio, nec tam egregijs naturæ dotibus, ac ille commendabilis.

I. Omnes exteris nemo vicino, deferunt. Ratio.

De facili videbis officialem Barcelonenſem, quòd Horologiſtæ Flandriæ primas deferat, & textori Mediolanenſi, & ſculptori Romano: cenſet etenim hoc nullam ſibi irrogare maculam infamiæ: hæc namque dona ex regionum oriuntur qualitatibus: in Flandria enim & Germania humores dominantur melancholici, quocirca opifices, opera ſua quàm perfectiſſimè complent: Mediolanenſes aurum habent purificatiùs, Romani cæteris in arte ſculpturæ habentur curioſiores. Attamen non eſt, quòd timeas vt palmam vicino ſuo cedat, vt patienter audiat. Si quis dixerit, ille tibi meritò eſt anteferendus, ille opera ſua perficit eminentiùs. Sibi namque perſuadet, ſi hoc fateatur, cum ſcientiæ præferentiam adſcribere non poſſit regioni, aëri, conditionibus, aut eiuſdem occaſionibus, conſequenter fateri debeat, ſibi hoc eſſe imputandum, & quod ad minora quàm alter ſit tantum idoneus. Nullo negotio tibi concedet, ille qui hic pannos texit ſubtiles, quòd ſuis operibus longè præcellant panni Segouiæ ſubtiliores, & coccinum Valentiæ, diceſque eam eſſe rationem, quod ibidem frequentiori laborent opifices exercitio, aquis abundent conuenientioribus, & textoribus in arte ſua magis induſtrijs; at quod ſuo pannus ille ſit ſubtilior, quem eiuſdem opificij mechanicus, vel in eadem habitans plantea confecit, neutiquam perferet. Sicut aurifex huius vrbis licet multum deferat aurifici Madritenſi, in nullo tamen illi cedet, qui eiuſdem hic ſecum eſt confraternitatis: hoc etenim in ſuum iudicat vergere detrimentum & ignominiam, fateri, quod de vno ad alterum, vnus ſit altero perfectior. Hinc commune natum adagium: (a) Imperet mihi Chinus, non vicinus: ſic ſe vulgo res habet, quando tibi Prorex ſeu Præſes mittitur aliegena: non obmurmuras, ſi verò connaturalis, totus conquereris, dicendo, inquirendo, cur illi, & non mihi? Quid in illo plus quam in me? Idcirco caſum declarans vates Iſaias quem lamentabilem præuidebat Hieruſalem ſuperuenturam, ſtragemque hominum terribilem ait, quòd eo vſque conſcenderent crimina, vt vi [illegible] ſuis dicant contribules: Eſto rex eſto Princeps noſter: *Apprehendet vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui: Veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter.*

(a) Mandet el Chino, y no mi vecino.

Iſa. 3.

Secundum peccatum; quod ex primo dimanat, inuidia ſignatur, quæ ex eo procedit, atteſtante D. Chryſoſt. quòd quis pacifice non ſuſtineat vicinum ſuum ab alijs collaudari: ſibi namque perſuadet, alterius encomium, ſuum eſſe vituperium: & quantò vicinus extollitur altiùs, ob id quod habet laude dignum, tantò

31 D [illegible]

II. Vnde ſcatuŕ inuidia.

ipſe

ipſe deprimatur inferiùs, ob id quod illud ſibi deeſſe conſpiciat: *Aliorum felicitatem, & excellentiam, miſeriam ſuam arbitratur.* Hinc ſimiliter oritur, inquit D. Petrus Chryſologus, eandam expendens hiſtoriam: quod alterius conſpecta præcellentia poteſtatis, eius viſcera corrodat, & qua præfulget, auctoritas, inuidi cordis intima lancinet: *Inter ſuos poſſe, morſus eſt, aduſtio eſt, inter ciues eminere proximos proximorum vrit gloriam, propinquo ſi honorem debeant, computant ſeruitutem.* Hæc omnia fiunt ex inuidia, & ni fallor, hoc in noſtris contingit regnis quod xibiæ in mari. Eſt autem xibia piſcis, qui totus muſculus eſt inſtar pulmonum alis ſuis inſtructus nullis fortis oſſibus; quãdo hic inter ſuæ ſpeciei natat piſces, ſuperbo graditur faſtu, extendens alas ſuas, iactabundus, velut alas volitantes, & expanſas ſupercilij: Mox autem, vt alterius ſpeciei piſcis adnatat, omnes confeſtim ſuas contrahunt alas, illi ſe ſubdunt, & vt quid excellentius, & oſſibus conſtans venerentur. Sic nobis contingit. Conſpicere licet hoc in regno nobiles, qui volunt omnes inter ſe concertare, nec vnus alteri palmam cedit, & moleſtè fert ſi vicinus illam ſibi arroget: Nihilominus, ſi externus acceſſerit, qualiſcumque ille ſit, ilico ſe contrahunt, & graduati, ac nobiles huius vrbis ac Regni, ſuas demittunt alas, reuerentur, ſibique præferunt eum, qui pompaticus venit ab extremis mundi receſſibus: ſimiliter & prædicatores noſtrates, ſe mutuo non magni faciunt, non difficulter tamen prærogatiuam concedunt exteraneis, qui ex alijs accurrunt regionibus, & opifices mechanici ijs qui ex longe diſſitis terris appellunt; & tanto pluris illos faciunt, honorant & reuerentur, quanto & minus eos agnoſcunt, & de remotioribus venére regionibus. Hic mos à multis temporibus inoleuit, at nunc multo magis: quid boni faceres ſi hoc in regno ſubſtituendus eſſet Prorex, & à te ſciſcitaret: quis tibi hoc in regno tanto munere dignus videtur eſſe promouendus? alium præter te digniorem iudicares eſſe neminem. Idem caſus eſt de Gubernatore, & Prætore Generali, &c. Signum eſt, mundum ad vltimam deueniſſe ſenectutem, vnde modo latius in hominibus, quàm præteritis temporibus inuidia dominatur.

D. Chry. Ho. 41. in Mat. Tha. D. Petr. Chryſol. ſerm. 48. in fin.

III. Similitudo.

Inuidiam dicit Iob peccatum eſſe puerorum: *Paruulum occidit inuidia.* Et D. Gregor. hoc exponens probat euidenter: hoc etenim vitium in aliquo naſcitur, ex eo quod alium vt ſe maiorem conſideret, ac eminentiorem, idcirco felicitati eius inuidet, ſe acriter opponit, ne alter ad altiora conſcendat, ipſe verò paruulus in imis hæreat, & alterius comparatione deprimatur inferior: *Paruulus eſt qui inuidia occiditur: quia niſi ipſe inferior exſteterit, de bono alterius non doleret.* Hinc inuidiæ fratrum in Ioſeph ſeminarium: cum enim cæteri forent ætate grandiores, illum vt maiorem attendebant, quem quotidie virtutibus, & heroicis actionibus exercelcere notabant digniorem, nec non quod his conformiter plus cæteris à patre amaretur, & æſtimaretur. Ex eodem profluxit fonte in pectus Saulis liuor ille ſatanicus contra Dauidem: cum enim eſſet Dauid ætate minor, corpore minor, in oculis tamen populi quotidie creuit auctoritate præcellentior, interim Saule neglecto, & minoris habito, prout apertè ſatis puellæ decantarunt Iſraelis, quæ Dauidi de gigante triumphum hymnis concinentes, tanto Dauidis gloriam, eam quæ Sauli debebatur, præcurrere teſtabantur vt ſi in laudem Saulis canere licuerit: *Percuſſit Saul mille,* de Dauide tamen liceret occinere: *Dauid autem decem millia.* Vno ictu, quo Gigantem interemit. Seipſum Saul vt minorennem reſpectu Dauidis attendebat, hinc inuidiâ flammeſcit infernali, quâ ſtimulatus Dauidem diruere conabatur, dicens: *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt. Quem magis quotidie* (Loquitur D. Greg.) *augeri virtutum ſucceſſibus ſenſit, vltra ſe excrevere expauit.*

Iob. 5. 2. D. Greg. Lib. 4. Mor. c. 34. & 35.

IV. Inuidiæ vitium eſt puerorum.

1. Reg. 18. 7.

Hinc intelliges, quàm prudenter Spiritus S. Ioſue vocet puerum, quando motus inuidia incãdeſcit, in ſeniores prophetiæ dono cõſpicuos. Onere nimio prægrauatus regiminis Moyſes, Deum rogat, vt hoc ei pondus alleuiet: exauditur, & mandatum accepit, ſibi in ſocios ſumeret Septuaginta ſeniores, quibus Dominus ſapientiã, cœleſtemque infudit ſpiritum: quorũ duo Eldad & Medad ilico prophetabãt. Vidit hoc Ioſue miniſter Moyſi, cõmouetur inuidia, feſtinus currit ad Moyſen, expoſtulans, illis, ne vlterius prophetarent, ſilentiũ indiceret arctiſſimũ: *Cucurrit puer & nuntiauit Moyſi, &c. & ait: Domine mi Moyſes, prohibe eos.* Cur vocat puerũ? Iam vir erat perfectus, & ab annis aliquot montẽ cum Moyſe conſcenderat, quẽ paulo poſt Deus in populi ducem elegit. Illũ tamen Spiritus S. ſuis actibus conformiter deſcribit inuidiæ, quæ pectus eius aduſſerat: timebat enim ne virorũ illorum creſceret auctoritas, & incrementum ſumeret excellentia, ita vt Dño ſuo Moyſi cõpararentur non inferiores. Actus hic fuit inuidioſus pueris proprius qui dũ alterum vident monilibus ornatum, veſte fulgentem honeſtiori, quibus illos præcedit ornatior,

V. Ioſue inuidẽs puer dicitur.

Num. c. 11. 27.

patri

patri ſuggerunt inuidi : tolle tunicam illi, monilia depone; & neruosè hoc Moyſes expoſuit, qui cum vir eſſet, nequaquam mouebatur, imo Ioſue reſpondit : *Quid emulâris pro me?* O fili, ſtimularis inuidiâ : ex amore quippe, quo mihi bene afficeris, non pateris, vt alij dignitate creſcant, ſintque mihi æquales, vel ſuperiores. Faxit Deus vt qualem mihi, talem toti populo ſpiritum ſuum largiatur : *Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum.* Congruè igitur vocauit Iob inuidiam, vitium eſſe puerorum.

VI. Ex Ariſtotelis ſententia inuidia propria eſt ſenibus. Ratio.

Ariſtoteles philoſophorum coryphæus, inuidiam propriam eſſe ſentit ſenioribus : ego vero vtriuſque cenſeo congruas eſſe rationes : inuidia namque ex corde procedit abiecto, & exiguo & tale propriè habent pueri ac ſeniores. In pueris cor eſt exiguum, & paulatim augetur in illis vſque ad annos quadraginta, vel quinquaginta : porro in ſenioribus ſenſim decreſcit, ab anno quinquageſimo & deinceps. Et hoc lucidè colliges ex naturæ viribus, quæ de corde dimanant: hæ etenim in puſionibus ſunt imbecilles, pariter & ſenioribus; roborantur autem in pueris quamdiu in eis cor augetur vſque ad ætatem virilem & conſiſtentem, & decreſcunt in ſenioribus, à viri ætate deficientibus, cum & in illis cor minuatur. In mundi primordijs, & infantia, erat hominibus cor puſillum, vnde vires habuit & ampliſſimum inuidia locum, vt in illis duobus primis fratribus videmus Cain & Abel: notat autem D. Ioannes, tantum in corde Cain inualuiſſe inuidiam, ob fratris Abelis prærogatiuam, vt ab incœpto non perſtiterit, donec illum indigno trucidaret homicidio. Creuit mundus, creuit & cor, & vires decreuerunt inuidiæ. Nobiliſſimos illos Romanos intuere, quanto ſe mutuo proſequantur honore, quo ſe habeant pretio, neminem, quam proprios contribules pluris faciant, qui nullum præter ciues Romanos ad dignitates iudicabant eſſe promouendum. Vnde ſic de illis loquitur Spiritus S. (id quod alias expendimus.) *Et non eſt inuidia, neque zelus inter eos.* Erat illis cor

1. Mac. 8. 16.

magnum. Cum autem nunc mundus conſeneſcat tantumque ei cor decreſcat, vt vix vllum ei ſuperſit, idcirco nullis pollet viribus ad actus heroicos, virtutes eminentes, præclara facinora, omnes effœminati, elumbi omnes, idcirco tantum diabolica inualuit inuidia vt in hac vrbe neminem inuenias, imo in toto regno, qui quemlibet alium dignum cenſeat vt prorex ſit aut Epiſcopus, aut gubernator. In omnibus municipibus notamus imperfectiones, quas in publicum proferimus, eius dignitatis vel auctoritatis dolore ſtimulati quem toto molimine conamur obſcurare, ac ea intentione illas ad trutinam reuocamus, earumquè nos agimus præcones, de illis inter nos ſermonem conferimus inuidis illis percunctationibus inquirentes: *Vnde huic virtus & ſapientia?*

VII. Ex his laborat inuidus, eximiam, quam in alio notat, obſcurare dignitatem (inquit D. Auguſt.) ad hoc eius explorat defectus & imperfectiones, has profert ad lucem, ſeque opponit inſtanter illi, quod in altero laudatur excelſum & magnificum; & cum non defectus, ſed attendere deberet prærogatiuas virtutum, vt illum earum intuitu magni faceret, non excellentiam, ſed defectus notat inuidus vt illum vilipendat, prout ad rem exponit D. Gregorius. Proinde proprium inuido dicimus, alterius non perpendere eminentias, & in has petulanter erumpere interrogationes : *Quis eſt hic?* vt primo die Martis egimus de Cain, & Saül & alijs, ex D. Chryſoſtomo & D. Gregorio. Eſt inuidia, ſic eam definit D. Petrus Chryſolog. velum, quô ſibi oculos obnubilat inuidus, ne proximi videat virtutes ipſo ſole clariores: *Non ſic nubes cœlum, nox diem, ſolem caligo, quomodo mentem cæcat, & tenebrat inuidia.* Quod ex præſenti confirmat hiſtoria : *Liuor hic Iudaicus probat, qui Chriſti ſapientiam miratur, virtutes ſtupet, attollit opera, dicta ſuſcipit, & tamen ne in ipſo videatur diuinitas, Deitas ſentiatur, carnalium parentum nomina commouet, & diuulgat.* Vide quid agant ſui Chriſto compatriotæ: miracula eius intelligunt, prædicantem tanta ſapientia verborumque profunditate percipiunt, vt in ſtuporem non minimum rapiantur : *Mirabantur in verbis gratiæ*, & qui tantam ſuſpicere deberent eminentiam in eum inſurgunt diabolicæ furore ſuperbiæ, & Satanicâ inuidiâ perciti, dicentes : *Nonne hic eſt filius fabri? Nonne pater eius Ioſeph, & mater eius dicitur Maria? vnde huic virtutes, &c.* His eum ſpernunt conuitijs, his inhonorant dicterijs, his eius derogant auctoritati: ita vt eorum infidelitas obſtaret beneficijs, quæ Dominus illis optabat impertiri fuitque hæc perditio, cladeſque Nazarenorum. Hoc prædixit Iob, vt exponit D. Gregorius : *Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igne ſubuerſa eſt.* Alij legunt : *Terra de qua egreſſus eſt panis.* Terra de qua egreſſus eſt panis cœleſtis, & vbi ſeminatus fuit, Nazareth dicitur. Hæc ignibus inuidiæ conflagrauit : nam prius optimè de Chriſto ſentiendo, demum inuidiâ diabolicâ ſubuerſa eſt, illum dedignata, quòd pauper, quòd ignobilis eſſe iudicaretur. Vnde diabolica dicitur inuidia,

dia,quæ compulit in deſpectum Chriſti Nazarenos.

§. 20. Multi prophetæ. *Elias tantum à ſuis fuit deſpectus contribulibus, quantum ab extraneis,& vidua, habitus in honore.*

EX illis educitRedemptor noſter reſponsũ, quod ſuis dat concιuibus, quo eorum confirmat probatque malitiam: *Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua:* Prouerbio, prouerbio reſpondet ; & rythmum rythmo reddit. Inſuper cum ita notũ eſſet, quod illis proponit,vt nulla indigeret probatione diuinis tamen confirmat exemplis, quæ luce clarius obfirmatam,& velut innatam teſtantur populi peruerſitatem. Exempla profert, & in mediũ adducit duos illos nominatiſſimos Prophetas Eliam & Eliſeum, dum qui quanto fuerunt à ſuis viliori excepti ludibrio, tantò fuerunt ab extraneis honore ſuſcepti clariori ; idcirco fauebant his quam maximè, illis verò (abſit vt benefacerent,quinimo ſæuiſſimis, duriſſimiſque ſupplicijs eos attriuerunt : *In veritate dico vobis, quod multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael &c.* Nemo non nouit,qualis fuerit Elias, quàm bene de populo ſuo meritus, vt eum honorarent ; Attamen admirantur omnes, quàm flocci vatem conciues facerent, & quàm magni illum haberent alienigenæ. Mittebat Deus ad populum ſuum prophetas, quibus illum honoraret : vt enim dixit D. Chryſoſt. *Per illos apud omnes glorioſus erat ille populus.* Et planè erat hoc exoticum : dum enim habebant prophetas, illos acriter perſequebantur, & immaniter occidebant: quando vero non habebant, illos deſiderabant,requirebant, flebant,& ſe illis orbari lamẽtabantur velut à Deo derelicti, nec non ſuſpirantes illud Dauidis inſonabant : *Signa noſtra non vidimus,iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius.* Et ſicut illis Redemptor noſter ait,quòd omnes de parentibus ſuis conquererentur,quòd ſui temporis occiderint prophetas, quorum ipſi ſepulchra exſtruerent glorioſa, nihilominus idem illi male faciebant prophetis ſuo tempore à Deo deſtinatis.

D. Chr. Ser.1. de Elia,To.1.

Pſ.73.9.

Inter præcipuos à Deo miſſos vates enituit Elias Thesbites, cuius hiſtoria ad ſolidem cadit præſenti congrua argumento, vt illam expendit D Aug. Erat hic origine homo vulgaris, vt notat Abulenſis idcirco nulla aut parentum eius aut familiæ mentio fit,id tantum dicitur, quòd fuerit de terra Galaad: prima quippe verba, quæ de illo proferuntur, hæc ſunt : *Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad.* Attamen,tam eximia fuit, & ſingulari pietate conſpicuus, vt eius lingua,fuerit velut clauis cœli: illud etenim ita pro libitu claudebat, & aperiebat, vt inde fuerit quod volebat, educeret, ſicut tu claui ciſtam tuam nullo aperires labore. Qua de cauſa (teſtatur D. Chryſoſtomus) omnibus fuit conciuibus; totoque mundo ſuperior: *Cui totus mundus erat inferior, totius mundi ſtatum, & cœli pluuiam, varijs agri ſpeciem,in linguæ poteſtate portabat.* Qui cum tantus eſſet,quàm primùm ſui municipes dignitatis eius notarunt eminentiam, vno ſpiritu illum procaciùs irridere ; & acerriùs perſequi conſpirarunt. Eum Rex hoſtem publicum, patriæque vocat inimicum : *Inimici mei.* Quem ita exhorrebat,vt nec nomen eius audire dignaretur,in tantum vt Elias præcipiens Abdiæ viro meritis inſigni,Regi ſuum nuntiaret aduentum; ille auſus non ſit. Deinde mulier,illa procaciſſima, Regina Iezabel, primum mulierum dedecus, tanto virum furore perſequitur, vt ſolemni ſe iuramento adſtringeret, dies illi ad occaſum non tenderet, quin priut illi caput abſtuliſſet, hocque tanto ſtudio conatur exequi, vt neceſſe fuerit, Elias fugam arriperet per inuia & deſerta ac incerti laris vagaretur, nec ſe tutum arbitraretur, donec in monte Horeb conquieſceret. Ad illas virum Dei rex & regina cõpulerunt anguſtias,vt ex ſententia D. Chryſoſtomus.*a*.& D. Thomæ.*b.* eius de cauſa particulariter dixerit Apoſtolus : *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis,egentes,anguſtiati, afflicti.* Tam impudenti illum conuitio lacerarunt, vt ſui contemptores exemplari coactus fuerit multare ſupplicio.

Ser.101. de temp. in Lib.3.Reg. c.17.q.1. & 2. & in c.18.34.

3 Reg.17. 1.

I. Qualis fuerit Elias.

D. Chr. Ho.15.in varijs in Matth. Tom.2.

II. Achab cum regina perſequitur Eliam. 3.Reg.21.

a Ho.28. in Ep.ad. Hebr.
b In c.11. ad Hebr. l.8.Heb. c.10.36.

Illum de ſalute ſua conſulere vult Rex Ochozias, Duci quinquaginta militum iniungit, illis ſociatus Eliam ad ſe velut captiuum, adducat. In ſecretiora & altiora montis propheta ſeceſſerat, accedit Centurior ad montis decliue ſuperbiâ tumidus, & magno deſpectu illum nominat Homo Dei, velut irriſoriè, vt notat Diuus Chryſoſtomus : *Homo Dei, Rex præcepit vt deſcendas.* q. d. Heus vir ſancte, deſcende velociùs : Regis eſt præceptum. Siccine, inquit Elias? ſiccine tanto contemptu, tantone imperio Dei prophetæ vilipenduntur ? quocirca vt ſcias, quo debeas illos honore reuereri, dico ſi vir Dei ſum, deſcendat ignis de cœlo, te tuoſque milites abſumat, vltor iniuriæ. Dicto citiùs deſcendit ignis, omneſque in

4.Reg.1. 54

III. Ochozias illũ inhonorat.

4.Reg.1. 10.

Li.pe virgin.c.22.

pulue-

puluerem redegit. Peruenit ad aures Regis, Ducis, militumq́ue ſtrages horrenda, nec ob hoc mouetur vt prophetam excipiat decentiùs, quinimo ſecundò mandat Centurioni, vt aſſumptis quinquaginta militibus denuo tendat eo, ducatq́ue prophetam, veniat. Regis eſt hæc voluntas. Accedit hic eodem faſtu ſuperbus quo primus: Heus vir Dei, huc deſcende, mecum ad Regem propera, ſic vult, ſic iubet, ne moreris inobediens. Quid hoc (inquit Elias) ſiccine prophetæ deſpiciuntur? ſi ſanctus ſum, deſcendat ignis de cœlo, te cum tuis conſumat. Votum excepit effectus. Regis narratur horum infortunium, nec his blandior aut humilior honorat prophetam, imo pertinacior, addit & tertium mittere Centurionem totidem militibus ſtipatum, Eliam ſibi quantociùs præcipiat adducendum. Hæc multorum eſt conditio Principum, Regumq́ue damnanda peruerſitas, nec nauci facere, famulos ſuos igne conflagrare, & à diabolo damnandos auferri. Videns autem hic poſtremus quàm ſiniſtro euentu duo primores duces Eliam conueniſſent, militumq́ue clade perterritus, corporum adhuc cineribus calore fumantibus, accedere proponit, omni cernuus humanitate, pileo manibus aſſumpto, capite aperto, genibus flexis, qui non imperio tumidus, ſed ſupplex & humilis deprecatur. Serue Dei, miſere mei per tuam te deprecor charitatem ardentiſſimam, ne me, ne milites meos punias iuſtè prouocatus, poſtulamus miſericordiam: nec enim mens me huc traxit cordis tumor, ſed mandatis Regis ire compulit obedientia, te deprecor, placeat tibi, regale ſubire palatium, tuum Rex deſiderat, ô propheta conſpectum: ego me tibi comitem adiungam, & meis ſti-

4. Reg. 1. 13.

patus ſeruiam tibi, militibus: *Curuauit genua coram Elia, & precatus eſt eum, & ait: Homo Dei: noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt &c. Sed nunc obſecro vt miſerearis animæ meæ.* Ita modo, placet, reſpondet Elias, vt te decet, acceſſiſti, libenter id quod poſtulas, efficiam. Non hoc ſatis fuit, vt eum ſui magnifacerent & primo loco habere inciperent prudentiores facti patriotæ, quinimo ſemper eo modo proceſſerunt, ſic vt illos nedum nullo dignaretur beneficio, ſed & flagris inſuper exciperet duriſſimis, & nulla cognationis habita ratione, Deum expoſtularet. Domine, populus iſte domus exaſperans eſt, illum manibus meis trade: non etenim illum tuæ geſtio fidere poteſtati, nimis vtique benignæ: illudq́ue conſultius, & in hoc mei nominis laborat æſtimatio. Per teipſum te adiuro, nec illis pluuiæ gutta diffundatur claudaturq́ue cœlum, fameq́ue deficientes extrema moriantur. Et hoc eſt quod Dominus ait in Euangelio, *In diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex cum facta eſſet fames magna in vniuerſa terra.*

Ex his colligit D. Hieronymus, illa Domini verba per Ezechielem expendens: *Quando miſero ſagittas famis peſſimas.* Quod ſagittæ, aquæ penuria, & fames in pœnam noſtrorum accidant criminum, quod per varios probat euentus quos ſacra narrat hiſtoria, nominatim autem, per illum quem præ manibus habemus, in diebus Eliæ contigiſſe: *Famem & peſtilentiam & beſtias peſſimas, & quidquid aliud malorum ſuſtinemus in ſæculo propter noſtra peccata venire, manifeſtum eſt. &c.* Hoc proſequitur D. Baſil. indeq́ue ſumit occaſionem componendi homiliam de fame, rerumq́ue omnium inopia qua Cappadocia, cui præſidebat Epiſcopus grauiſſimè premebatur, probat autem illam in ſuorum ciuium ſcelerum condignum mitti ſupplicium. Verbis exorditur Amos Prophetæ: *Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus locutus eſt, quis non prophetabit?* Facile eſt, quando Dominus loquitur prophetare, cum ipſe dicat quod interrogare poſſemus. Tantâ premimur aquarum inopia: *Cœlum nunc fratres dilectiſſimi videmus ſolidum, nudum, ac ſine nubibus, ſerenitate ſua ac puritate nos contriſtans, quàm antea iam deſiderauimus. Quando profundis coopertum nubibus, & proceſſos nos reddebat, & ſole priuabat. Terra vero iam exſicata ad extremum aſpectum eſt horrida, & ad agriculturam ſterilis, & infœcunda, deinde ob ſiccitatem ſciſſa hiatus patefacit maximos, vt in imis viſceribus ſolis recipiat radios: fontes plurimi & perennes nos deſeruerunt, minutiſſimi paruuli pedes illos permeant, & mulieres onuſtæ totos penetrant, & tranſeunt.* Nouum quærimus Iſraelitæ, nouum Moyſen: *Qui rurſus direpta petra vſum ſitienti populo præbeat* Campos intuere ſteriles, quod ſeminatum eſt, non germinat, quod germinatũ eſt exareſcit, cunctaque pereunt. Otiantur agricolæ, nullum eis ſupereſt conſilium. Quæ igitur tãti mali cauſa? dicat nobis illã de quo loquitur propheta *Et ego, inquit, trium menſium pluuiam, ante vindemiæ tempus à vobis prohibebo, & pluam ſuper ciuitatẽ vnam, & ſuper ciuitatem vnam non pluam, & pars vna incendetur, & pars vna areſcet. Conueniẽt duæ, aut tres ciuitates, vt bibant aquã, non implebuntur. Quoniã non conuerſi eſtis ad me,*

ait

ait Dominus. Hæret attentus D. Baſi. ac tandem erumpit, dicens: *Diſcamus igitur ex his verbis, quod ob auerſionem noſtram, ac negligentiam has calamitates inflixit Deus, non extinguere nos quærens, ſed emendare.*

Diuus Baſi. Hōg. 3. tēpo. ſic.

Confeſtim tranſit ad eius conſiderationem quod dicimus: rerum enim videntur naturæ eſſe mutatæ, & hoc noſtris peccatis adſcribendum. *Aſpicite quæſo, quemadmodum noſtrorum pondus peccatorum, anni temporumque naturas mutauerit, ſtatutaſque ſemel rerum formas in aliena temperamenta nouaſque mixturas deduxerit. Hyems ſolitum humorē cum ſicco non retinuit, ſed in glaciem tota abijt, niuis & imbris penitus expers; vernum tempus, altera quidem officij ſui partem oſtendit, caliditatem dico, humiditatem vero nullā ilico coniunxit. Æſtus vero immenſus, & frigora natiuæ leges prætereuntia. Quæ igitur, fratres dilectiſſimi, huius tātæ confuſionis, contrarietatiſque cauſa? Vnde talis temporū rerūque nouatio veſtigemus. An non eſt, qui cuncta gubernet? An optimus opifex Deus diſpenſationis ſuæ oblitus eſt? An virtutē & potentiam ſuam amiſit? An in auſteritatem mutatus & excellentē bonitatem, & prouidentiam ſuā in odiū humani generis conuertit? Nemo profectò ſapiens hoc dicet. Sed illæ potius ſunt cauſæ, cur nobis conſueta gubernatio ſublata ſit, quod cū ex Deo accipiamus, alijs non damus &c. Hac igitur de cauſa minatur Deus nobis iuſtum iudicium. Ob hoc campi ſteriles, quia refriguit ſupplicantium vox, fruſtra clamat, & in aera euaneſcit, ac diſſipatur.* Hæc tantæ cauſa ſiccitatis, ratio ſterilitatis, noſtra peccata, charitas refrigeſcens. In eadem Homilia concludit idem D. Baſilius vt in his calamitatibus, quiſque illas ob ſua peccata credat euenire: *Potiſſimum autem calamitatem hanc proprijs adſcribemus peccatis.* Et hunc Dei morē agendi præponit, quòd ob vnius delictum omnes puniat, ſicut ob ſcelus Achan: *Totus eſt afflictus exercitus.* Eodem ſenſu capiendum, ſiccitatem, famen, cæteras denique calamitates omnibus communes, hominum ſceleribus imputandas: *Fames & ſiccitates, & inundationes communes, quædam ſunt ciuitatum ac gentium plagæ hominum peccata immodica punientes.* De quibus alio loco diximus.

Ho. 5. p. 163. inde. ad fin.

V. Elias à muliere extranea laetius excipitur.

Perpende igitur qua ratione vatem Eliā exceperunt contribules, vt nedum non meruerint aliquo per illum beneficio cumulari, ſed & obſtrinxerunt, ne dicam ſua ſeditione coegerunt vt in illos ſeueriùs animaduerteret. Perpende ergo qua illum eodem tempore ratione reueriti ſint extranei: Cum ergo fames ingraueſceret, qua totus peribat mundus, multis vtrimque interiectis ex Dei præcepto ad terram proficiſcitur Gentilium, & idololatrarum, ciuitatem ingreditur Prouinciæ Sidoniæ Sareptam nomine. Populus hic erat præ cæteris Deo eiuſque fidei contumacior, de quo Deus per prophetam Ioel grauiſſimè conquerebatur: *Quid mihi vobis Tyrus & Sidon?* &c. Ab illo duræ ceruicis populo, tanto Elias honore colebatur, reuerentia tāta, & auctoritate, vt non poſſet non illis & quidem, eximia conferre beneficia; fames cunctos extrema ad extrema deducebat; ad vrbem accedit Sareptam, in porta mulierem cernit lignorum ſegmina colligentem, cui ille: Domina, ab itinere fatigatus ſiti deficio, ſupplex aquæ calicem expoſco; mulier da mihi bibere. Præſto ſum, ait Domine: & continuò relictis omnibus, domum feſtinat viro Dei aquam allatura. Siſte pedem, ait propheta: hoc quoque rogo, affer & buccellam panis, fame namque langueſco. O ſerue Dei mihi crede; toto cordis affectu, tibi, ſi haberem deferrem, at: *Viuit Dominus Deus tuus quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria,* & quatuor guttas, *paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus & moriamur.* Nunc igitur, Domina, reſpondet propheta: *Mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me.* Iuro tibi per Deum, viuit Dominus: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Quamdiu fames opprimet ſæua regionem. Credidit viro Deo mulier tanta fide, vt ilico domum reuerſa, tortulam coxerit de farina & oleo, quam prophetæ defert comedendam: quo tantum eſt conſecuta beneficium, vt numquam in domo ſua farina defuerit in hydria, vel oleum exaruerit in lecytho.

Ioel. 3. 4.

3. Reg. 17. 12.

VI. Mulieris fides expenditur.

Multa in hoc miraculo SS. Patres perpendunt. Primum: quod mulier illa Gentilis fuerit. *Gentilis & barbara*, teſtatur Diuus Chryſoſtomus: *Alienigena & ethnica.* Quæ Dei magnalia nulla aure perceperat, & minùs (inquiunt. a. D. Chryſoſtom. & b. D. Cyprianus) illud quod Chriſtus dixerat: *Qui recepit Prophetam in nomine prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet &c. Et quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ &c.* Secundum; tempus vniuerſalis fuiſſe neceſſitatis: ſi namque parum illud daret quod habebat, nulla ſpes ei ſupererat, quòd panem in panario inueniret, ſed nec apud vicinas, cum vbique panis eſſet inopia: *Cum facta eſſet fames magna in vniuerſa terra*, eaque tam grauis, vt ipſe rex, totaque curia, fame

D. CHR. Hom. 1. de Elia & Ho. 16. in 1. ad Cor. To. 1. & 4. a Ho. 15. ex variis in Matth. b. Lib. de ope. & leemoſy.

fame nis.

Matt. 10. 41. fame deficerent, vt S. refert pagina. Tertium: mulier erat, quam farina deficiente, vagari non decebat per mundum, ſtipem mendicaturam, inſuper & vidua prole onerata, ſuæque curæ relicta, quam ſi fame ſineret interire, filio mortuo ſuo ſuæ deficeret lucerna poſteritatis: Quartũ: qui hoc petebat, vir erat alienigena, quẽ illa numquam viderat, nec audierat nominari: vir totus hiſpidus, Zonâ præcinctus pelliceâ, veſte ſordida pauper ſquallebat: *Venit* (inquit Diuus Chryſoſtomus) *ignotus ad ignotam, ad inopem indigens, numquam ad ea viſus*, atque ad manum parata videbatur eſſe reſponſio. Domine ſumus & nos pauperes & an puſillum quod nobis ſupereſt, ego & filius meus, plus iuris habemus quam tu. Non mihi ſuadet æquitas, vt tibi largiar quod habeo, cum ego illo plus, quàm tu, opus habeam. Alibi reſpondit diues ille Nabal famulis David commeatum poſcentibus æquum non eſſe, ſuis panes ſubtrahi paſtoribus, & ijs depromi, qui vnde veniſſent, ignorabat. *Tollam ego panes meos & aquas meas &c. & dabo viris, quos neſcio vnde ſint?* Quintum: in porta erat ciuitatis, cum mulier vidua reſpondere potuiſſet, Domine mulier ego pauperrima, ciuitatem ingredere, & votis tuis inuenies domus meâ longe ditiores. Sextum: modus ille petendi vatis Eliæ, ſolet eſſe nauſeabundus: nam rem vnam poſtulans, mox addit alteram. Petit aquam, currit illa promptura, & confeſtim panem inſuper exigit: & quaſi dictum videtur. (a) Porrige Iudæo aquam, & panem à te depoſcet. Septimum: quod quando mulier ſuam clariùs aperit inopiam, & panis exiguum, quo alebatur, videatur debuiſſet dicere Elias, Ignoſce, precor Dña hoc quippe non noueram; eo tũc vrget ampliùs plura poſtulando. Octauum: petit cum promiſſione, da mihi hoc, & promitto, tibi numquam deerit. Obuia erat reſponſio, at vnde mihi prouidebis: cum non ſit qui tuã euidentiùs, quàm tu ipſe propalet indigentiam?

D.Chr. Ser.2. de Elia. To.1.

1.Reg.25. c.11.

(a) *Al Iudio, dad le agua, y pidera os pan.*

☞ 56 Quinimo quondam Moyſes, cum illi Dominus promittit, quòd populo ſuo carnes abundè miniſtrabit, ex vna parte perpendens ſe ſuumque populum per deſerta vagari; ex altera tantam hominum eſſe multitudinem, vt ſoli viri ad bella promptiſſimi ad ſexcenta millia numerarentur: inſuper nec oues nec boues occidendos inueniri: Domino reſpondit: vnde dabis carnes? promittis enim: *Dabo eis eſum carnium menſe integro.* Paulo poſt hæc, eodem Chriſto reſponde Samaritana reſponſo: cum enim prior ille ab illa poſceret aquam, & de-

Nu.11.21.

mum illas mulieri promitteret, interrogat illa: *Vnde habes aquam viuam? Non dixit*, (vt exponit D.Chryſoſtomus:) *Quid gratiæ feram ob hoc? ipſemet eget, ſi quam vim haberet, nequaquam eſuriret.* Non replicat, ſi tua tanta ſit à Deo potentia, illum deprecare, vt tibi mihique prouideat; vt peruerſus ille latro dixerat: *Si tu es Chriſtus ſaluum fac temetipſum & nos.* Nonum: non obijcit, dicens, quæ poteſt eſſe in tam modico ſuperabundantia vt ſpondeas quòd ſi tibi prior tribuerim, ex ſuperfluis habituri ſumus, quod ego, filiuſque comedamus, cum tantum pugillus ſit farinæ, & olei vix quatuor guttulæ? In fide nihil hæſitans verbo credidit prophetæ, vt prophetam Sanctiſſimum reuerebatur, & nihil morata ſtatim opere perfecit, quod ille rogauerat: *Superuenit Elias* (ait D.Cyprianus) *& petijt ſibi prius ad edendum dari, & quod ſuperfuiſſet inde illam cum filijs ſuis veſci, nec obtemperare illa dubitauit Eliæ, aut matrem filios in fame & egeſtate prepoſuit: non ibi abundantia, portio ſed de modico totum datur, & eſurientibus liberis alter prius paſcitur.* Nota, monet D. Ambroſ. quod quidquid haberet farinæ, & olei, totum dederit Prophetæ liberalis, nec ſibi nec filio quidquam reſeruans; verbis viri pauperis fidem adhibens, quem numquam aut viderat, aut audierat. *Tam hoſpitalis, vt totum daret, tam fidelis vt cito totum crederet, Dei prophetam filio prætulit, & ſalutis, cui non exiguum victum, ſed vitæ ſuæ omne ſubſidium exiſtimanda eſt detuliſſe*: Proh fidem excellentem Abrahæ fidei comparandam: quæ verbis Eliæ fidem magis præſtitit, quam his quæ oculis ſpectabat: *Non hæſitauit diffidentia* Quaſi, ſi quod illi dicebat Elias, Deus ipſe illi promiſiſſet. Et ſi fides Abrahæ multum inde laudatur, quòd fidem ijs adhibuerit, quæ ſibi à Deo ipſo cognito dicta fuerant: quid de huius fide mulieris dicendum, quæ illum, qui ſibi loquebatur non agnoſcebat, & mendicum pauperem intuebatur? *O rem laudabilem*, exclamat D.Chryſoſt. *quod in tanta eſcarum penuria, ipſa modicum quod ei reſiduum erat, non denegauit &c.*

Ioa.4.
D.Chr. Ho.32. in Ioa.
Epiſt. ad Philipp.
Tom.4.
Luc.23.
D.Cypr. Lib. de præcept. bonoſit.
D.Amb. Lib. de viduis.
Rom. 4.20.
D.Chr. Ho.25. in Matth. Tom.2.

Quo honore mulier illa prophetam ſuſcepit extranea? Perpendit illum D.Chryſoſtom. Ita vt ,, hyperbolico quodam verborum apparatu di- ,, cat; quod ipſa prophetam magis honorarit, ,, quam Abraham ipſum Deum, illo celebri hoſ- ,, pitalitatis actu, quo ſub tectum Angelos recepit, ,, nec non in eo, quod reliquis eius heroicis ,, operibus palmam eripit, dum filium, Deo cõſe- ,, craturus immolare contẽdebat: *Dicã aliquid ma-* ,, *gnum*

Divus Chry. Ho. 9. in c. 11. ad Corin. in Ma. in T. 4.

gnū (inquit D. Chryſ.) *ac pœne ab humanis ſenſibus alienum.* Magnum opus virtutis Abrahæ, dum meridie, quando ſol feruentiſſimus terram exurit, & amplius illam, quam incolebat, vtique calidiſſimam, oſtio ſui egreditur tabernaculi pauperes peregrinos excepturus, introducturus, conuiuio recreaturus; at plura mulier hæc vidua. Abrahæ namque diuitiæ ſupperebāt affatim, domus eius pane & farina abundabat: hæc verò egreditur, quæ præter miſeriam & pauperiem, domi habebat nihil, & tantum farinæ pugillum, & egreditur vt ſarmenta colligat lignorum quibus ſibi filioque pinſat tortulam, qua conſumpta vterque fame deficeret. Inuitabat Abraham & erogabat, cum tamen erogaret, multò illi plura remanebant, & omnia reſtagnabant, hæc verò quidquid habebat, effundebat ſic vt illi nihil ſupereſſet, ad quod ipſa ac filius confugere potuiſſent. Abraham Deo paratum ſe præſtitit, filium immolare, morique voluntarius obtulit: quia hoc illi Dominus imperauerat, illi promittens, quòd filius ille ſuperſtes foret eo modo, vt ex illo, & per illum familiam eius multiplicaret; ſicut arenam maris, in hoc autem facinore non minimam dedit Deo gloriam: *Non hæſitauit diffidentia, ſed dans gloriam Deo, pleniſſime ſciens: quia quæcumque promiſit, potens eſt & facere.* Teſtatur Apoſtolus. O magnam fidem! ô viram ſecuramque de Deo confidentiam, vt credat id quod promittit, nec in vllo dubitet incredulus, iniungit illi Deus, filiū ſuum ſacrificet, non rogat, non inquirit, non dubitat quomodo Domine, fiet illud, vt ego pater immolem filium, ſi mihi iuraueris, quòd ex eo plurimos haberem nepotes, & ſemen infinitum; in nullo dubius hæret hoc tantum attendens, quod qui hoc illi præceptū dederat, Deus eſſet omnipotens, & quidquid promitteret, poſſet adimplere. In hoc Deum glorificauit: *Dans gloriam Deo. Hoc ipſum non curioſe indagare, eſt Deum glorificare*, inquit D. Chryſoſtom. Modo videamus quantum mulier hæc detulerit Eliæ, quæ non illum agnoſcens, credit quidquid ille dixerit, & aduertens, quod ſi carnis oculis rem inſpiceret, vitam non tantum filiorum ſuorum, ſed & ſuam aperto ſubderet periculo, ſi quod propheta poſcebat, impleret; cum deficiente illis annona, & ipſi & ipſa morerentur, credit tamen, ſed nec inquirens, quomodo hoc, quod promittis, fiet, vt tibi omnem erogans, quem domi habeo panem, nec mihi nec filio meo vnquam annona deficiet, ſed nec ſolum fame non peribimus, ac inſuper victu etiam neceſſario abundabimus.

Rom. 4. 20.

Divus Chry. Ho. 8. in c. 4. Epi. ad Rom. Tom. 4.

O quàm admirabili mulier afficit honore Eliam? *Plus illa attulit, quam Pater noſter Abraham. Non enim ad gregem cucurrit, vt ille, verum à puſillo illo, omnes qui hoſpitalitatis nomine clari ac celebres extiterunt, ſuperauit. Ille enim idcirco vincebat, quod hoc munus ſibi ipſi aſſumpſit. At hæc hoſpitij cauſſa, ne filiis quidem pepercit, idque cum futura bona ne in expeditione quidem haberet.* Divus Chr.

En quanto prophetam honore dignentur alienigenæ, merentur illi, ita beneficia merentur, vnde & vicem rependit vt numquam farina defuerit, nec lecythus olei mulieri viduæ extremis famis exaruerit anguſtijs. Honorauit autem tantam propheta fidem, vt eius in domo miraculum patraret, omnium quod mundus viderat hactenus, maximum. Inter omnia miracula, caput extollit, inquit D. Petrus Chryſol. VIII.

reſuſcitatio mortui. Tale quid numquam editū Prima
fuerat, nec auditum, nec ante diluuium, nec poſt mortui
illud inter mirabilia, qualia Deus in Ægypto reſuſcita-
eſt operatus, plurima: nec per tantam annorum tio.
ſeriem, temporumque ſucceſſijs. Primum quod Ser. 63. in
tale nobis occurrit miraculum factum eſſe in principio.

huius viduæ domo comperimus: cuius mortuū filium, ſpem poſteritatis vnicam, matri viuum propheta reſtituit: fiunt namque miracula pro fidei magnitudine, & ſicut increduli Eliæ cōnaturales, eiuſque contemptores impudentes, atrocioribus digni fuere ſupplicijs, ita mulier hæc fideliſſima, fidei incomparabilis, pro beneficio miraculum meruit hactenus inauditum. Præclaris ſcatet hæc hiſtoria ſacramentis, Chriſti verba tantum modo perpendo, qui vt probet, prophetas beneficia donaque ſuis non imperiri connaturalibus qui illos deſpiciebant, ſed extraneis qui illos honorabant, hoc Eliæ confirmat exemplo: cum enim multæ in Iſrael eſſent viduæ: *Ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam.* 3. Reg. 17. 9.

Num ergo Domine hoc fuit beneficium viduæ, num Eliæ? Eliæ beneficium hoc præſtitum videtur, quem paſcendum ad viduæ miſiſti tabernaculum, cui & dixiſti, cunctis fame pereuntibus: *Vade in Sarepta, præcepi mulieri viduæ vt paſcat te.* Quis ergo beneficium recepit? Magnū hic latet ſacramentum, profunda philoſophia (ex ſententia D. Chryſoſtom. & Auguſtin. & explicat Abulenſ.) licet enim quis dixerit, quod Deus Eliam miſerit ad viduam, ab ea ſuſtentandum, & ad recipiendum ab ea beneficium: at verò contrarium ego dixero quòd Eliam Deus miſerit: *Non pro ſuo, neque tantum, ad eam miſſus*

57

Ho. 15. ex varijs in Matth. & Ser. 26. de verbis Domini, & in Catena Ioan. In lib. 3. Reg. c. 71.

v. 24. *miſſus eſt propheta, vt ab inope paſceretur, quan-*
D. CHR. *tum vt egentem paſceret*, ait D. Chryſoſtom. num
Hom. cit. forte defecerat Deus extrema illa fame Eliam
Tom. 2. miniſterio corui alendo, quærit D. Aug. *Nequa-*
Ser. 26. cit *quam, ſed religioſam viduam, per obſequium exhi-*
bitum ſeruo ſuo, benedicere diſponebat.

Quotieſcumque Deus ad te pauperem mittit alendum, tibi beneficium, tibi gratiam impertit eminentiorem: non enim Deo modus deficit pauperes ſuos nutriendi: ſicut namque vatem Eliam aliquot diebus aluerat in deſerto Charith corui miniſterio, ſic cæteris poterat vitæ diebus omnibus. Hoc autē intendit, te diuitijs cumulare, & pro panis fruſtulo, immenſum tibi gloriæ pondus elargiri, & veſtē reſarcitam pauperi datā æternæ beatitudinis ſtola cōpenſare. Deinde, vt hoc euidenter agnoſcas, ſic illa diſpoſuit Deus vt Elia viduæ domum ingreſſo, farina in vaſe, & oleū in lecytho non deficeret, quibus illa & ſe, & filiū, totamque ſuā paſceret familiā, nulla fame laborantē, eo præſertim tēpore quo & ipſi Reges, ac nobiliores Principes ciborum penuria laborabāt. Ex quibus hoc col-
Lib. cit. ligit D. Cypr. nullū aptius eſſe mediū, quo triticū tuis exuberet horreis, & vina redundent torcularia, & lecythi ſupereffluant oleo quam ea communicando pauperibus: Hoc probat, ac lu-
L. 3. Pædagog. c. 7. culenter exponit D. Clemens Alexandrinus puteorum, vberumque exemplo, tantò namque ſcaturit aqua de puteis copioſiùs, quantò ex illis hauritur frequentiùs, & tantò profluunt vbera lacte abundantiùs, quantò communicatur lac alijs vberiùs: *Quemadmodum putei ſcaturiunt exhauſti in priſtinam menſuram reuertuntur, ita etiam elargitio, quæ eſt fons bonus benignitatis, potum ſitientibus communicans, rurſus augetur & repletur, quomodo ab vbera, quæ ſuguntur, ſolet*
D. CLEM. ALEXAN. *lac confluere*. Ex eodem D. Clem. eandem hauſit doctrinam D. Baſil. & latiùs ad rem has expen-
D. BASI. dit ſimilitudines: *Puteos imitatus* (inquit de elee-
Hom. 8. in diuites auaror. To. 1. moſinarijs:) *Qui continuo exhauſti, minime deficiunt, ſed duplò copioſiores euadunt*. Addit viduam illam imitamini, & ſi vnicum habueritis panē, acceſſerit autem mendicus, frangite eſurienti panem, oculos ad Deum ſurſum erigite, dicite, Domine Deus meus, tecum hoc parum quod habeo, diuido, confide ſecurus, quod inſcio te, Deus abundè tibi prouidebit: *Ne vereare ex paruo dare, ſi vnus tantum ſit tibi panis, ad fores autē rogator adſit, dans, manus in cœlum attolle &c. Dicque. Vnum hunc panem habeo, quem vides, Do-*
„ *mine &c.* Ad hoc conſilium dat D. Baſi. pruden-
„ tiſſimum, quòd remedium tuis neceſſitatibus congruentiſſimū ſubleuandis, ſit elargitio eleemoſynæ. Pater mi, modicum mihi eſt, da igitur „
de illo modico, & crede, quòd ſemines, vt mul- „
tum colligas. Attende quantum tulerit mulier „
illa vidua prouentum de puſillo farinæ, & olei „
permodico tradito manibus Eliæ, in nomine „
Domini, tantam inde collegit meſſem, vt ſufficiens ſibi filioque tulerit alimentum, toto famis „
tempore, nec in vllo ſenſerit indigentiam, de „
quibus fuſiſſimè in noſtris egimus tractatibus, „
& Dominica ſequenti proſequemur. „

§. 21. Multi leproſi. *Eliſeus, quantum à ſibi cognatis fuit deſpectus, tantum fuit ab alienigenis, nominatim autem à Naaman amplificatus.*

Secundum autem exemplū adducit Chriſtus prophetæ Eliſei, fuit hic primus & prædilectus vatis Eliæ diſcipulus, cui, cum igneo curru ad ſidera veheretur, duplicem ſuū reliquit ſpiritum, nempe prophetizandi & miracula faciendi: ſtupeo planè conſiderans, quam vili habitus fuerit à ſuis contribulibus Eliſeus, qui nec eius credebant ſanctitati, nec verbis, nec quòd in eo virtus eſſet, vlla, nec ipſe Rex, qui vix eum audierat nominari, pluris illum faciebat, quàm de plebe quemlibet, vt clariſſimè patet ex ijs quæ Naaman Syro dixit, quando illum conuenit ſanitatem ab illo poſtulaturus. Parum eſt eum nulla viguiſſe apud ſuos auctoritate aut honore fuiſſe celebratum; inſuper & deſpectui fuit irriſioni, & ſubſannationi, ita vt pueri per plateas illum inſequentes, catervatim tantis lacerarent dicterijs, vt die quodam coactus fuerit rogare Deum quatenus non tolerandam puerorum puniret impudentiam. Caſus hic fuit: ad patriam tendit, & ecce iuuenum ſcurrarumque globus in vnum conſpirat; etenim (ex ſententia D. Chryſoſt. *a.* & Abulenſ. *b.*) iam ex ephœbis exceſſerant, & iudiciò graues adoleuerant, opinatur autem D. Auguſtin. *c.* à parentibus ad tale facinus inſtigatos. Cum autem caluities haberetur infamiæ, Eliſeus autem caluus eſſet, à tergo accurrentes, plaudentes manibus acclamabant: Calue, calue, calue. Quid hoc, inquit Eliſeus, quis talem patiens tolleret impudentiam? ſiccine Dei Prophetæ ſubſannantur? perdat vos Deus, proditores, ſcurræ, nebulones? ſuis parentibus æternum mœroris argumentū, flagriones maledicti. Confeſtim, eruperunt de ſaltibus, vt neſciat quis aut vnde, aut quomodo,

vrſi

urſi duo ferociſſimi, qui omnes, excepto nemine coram parẽtibus eorum diſcerpſerunt pueros irriſores. Facinus hoc, crudeliſſimum Ma chæi indicarunt, ita D. Auguſt. Non hoc inquit, crudelitatis ſed iuſtitiæ fuit actus vindicatiuæ: cum enim Prophetas ſuos debuiſſent honorare connaturales eos tam effrontes ludificabant, vo uitque per hoc oſtendere Dominus, (ait Diuus Chryſoſto.) quàm ſibi proprias habeat, quæ ſuis inferunt ſeruis iniurias, veliique ſuos primo loco ſtatui prophetas.

Ser.204. de temp.

Lib. de Sac. de Virgi. l.2.

Hic qui in propria regione apud ſuos adeo vileſcit, attende, precor, quanta apud extraneos & incognitos emergat auctoritate, & honore præemineat. Morabatur in Syriæ Prouincia, terra Gentilium & idololatrarum nobilis illuſtriſſimus vocabulo Naaman, qui armorum dexteritate celebris, tam inſignes de hoſte retulerat victorias, vt Prouinciam ſuam eius eripuiſſet manibus, & priſtinæ libertati reſtitutam defendiſſet. Ita D. Auguſtin. illud intelligit, quod Spiritus S. ait: *Per quem Deus ſalutem dedit Syriæ.* Hic lepra maculatur, tantiſque cruciatur doloribus, vt dies noctesque continuis gemitibus, fletibuſque triſtis abſumeret. Varijs adhibitis remedijs non emundatur. In miniſterio erat illi famula, quam de patria Eliſei captiuam abduxerat. Hæc dominam ſuam in hæc verba alloquitur. Domina mea, eſt in patria mea Propheta, quem ſi Dominus meus adierit, non dubito, à lepra curabitur. Credit ancillæ ſuæ mulier, aditque virum, pediſſequæ narrat conſilium. Hoc tantum audito, magnam concipit corde fiduciam, rem læto ſucceſſu perficiendam; proponit eò proficiſci, Rex autem Regi Iſrael litteras mittit commendatitias, quibus à ſe miſſum indicat fideliſſimum ſibi ducem exercitus, ſed leproſum; fama quippe quolibet periclante diuiceat, eſſe in Iſrael virum, à quo poſſit hic à lepra ſua curari. Regionem ingreditur Iſrael, litteras Regi conſignat; Reſpondet Rex. Hiccine? nec tales quiſquã eſt, nec per ſomnum quidem nullus hic talis agnoſcitur, nec qui te curet, imaginatione quidem nouimus aliquem. O viros infideles, in regione longinqua credit in illius regionis Prophetam alienigena, at illi nec virum agnoſcunt, nec Prophetam imaginantur eſſe curatorem. Sit ita, reſpondet Eliſeus, omnium quæ gerebantur conſcius. Adite Regem, & me hic eſſe nuntiate, vt autem Dei Iſraelis cunctis potentia innoteſcat, illum à lepra curabo, huc illum ad me velocius tranſmittat. Acceſſit Naaman, illi remediũ præſcribit, ſepties in Iordane lauctus, quo facto, à lepra mundatur. Reuertitur ad prophetam, ſe pedibus eius humilis proſternit, gazaſque plurimas offert gratus diuitiarum. Abſit, inquit Eliſeus, ſint tua tibi, non his egeo. Nunc igitur Domine mi pater mi: *Concede mihi ſeruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra,* quam pedibus calcas. O terram benedictam! O terram mille baſijs honorandam, talibus calcatam preſſamque veſtigijs? huius hæc onera mihi deferam, ſemper mecum ſeruabo, & ex illa meæ cõſtruam aram orationi. O quantum tribuit, quanti facit, æſtimatque Prophetam: ita D. Auguſtin. expendit & nos diximus. Proinde non miremur, quod tali propheta fidem beneficio remuneret optatamque tanto miracula conferat à lepra munditiem: *Oſtendit igitur* (infert D. Ambr.) *Exemplo non omnium eſſe diuinæ mereri miracula poteſtatis, ſed eorum quibus religioſa deuotionis ſtudia ſuffragentur, & Diuini eos fructu operis abdicari, qui reuerentia cœleſtis ſunt exortes.*

Serm. 97. de temp. 4 Reg. c.5.

Serm. 207 de temp. Hom. 2. de centurione. D. AMB. Lib. de viduis. To. 1.

§. 22. Repleti ſunt ira. *Pupigit illos gentilium, quos execrabantur exemplum, & illos Dominus deſeruit: quod ſupremum omnium eſt ſupplicium.*

ET *repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes.* Illorum Chriſto datum, attende reſponſum: valedicunt rationibus, & rem manibus agere tentant. O proditores, an ignoratis quod Iob Dominus expoſuerat. Qui ſcilicet cum Deo diſputare nititur, ſuiſque vult Deus reſpondeat argumentis, pariter & ipſe reſpondere debebit obiectæ ſibi à Deo rationi: *Numquid, qui contendit cum Deo tam facile conquieſcit? Vtique qui arguit Deum, debet & reſpondere illi.* Norunt hoc iuſti, ac prudentes ſi cum Deo contendant, tales obiici rationes, quæ nullam habent ſolutionem, vnde ſibi cauent (inquit Diuus Gregorius) nec cum Deo volunt contendere, qui cum Dauide deprecantur: *Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Qui tandem eſt adeo temerarius vt ſibi præſumat intrare iudicium cum Deo, ſuaſque proponere rationes ac velit vt Deus illis reſpondeat, ex conſequenti, Diuinis & ipſe reſpõdere tenetur argumẽtis. Ad hoc adſtringuntur Nazareni, verumtamen reſpondere renuunt, omniſque reſponſi loco velut aſpides pedibus calcatæ in illum ſeditioſi conſurgunt, quærunt que trucidare. Fuit autem hoc

53

Iob. 39. 32.

In Pſa. 7. Pœnitent. Pſal. 6. 2.

ſalu-

Saluatoris reſponſum, ac propoſitum illis argu-
mentum, velut clauus acutiſſimus, & pugio, qui
corda illorum penetraret, angularis.

Primò: quia illos vt generationem adulteram
irriſit, filios redarguit parentum in prophetas
rebellium, & quòd ſuis ſimiles eſſent parenti-
bus: optimo proinde iure illos prophetæ nō be-
neficijs honorare ſed tenebantur mulctare ſup-
Ser.207. plicijs. Secundò: ac principaliter (vt notat D.
& 200. Auguſtin.) eo quòd illis in exemplum adduce-
de temp. ret Gentiles, viduam Sareptæ, & Naaman Syrū:
I. deſignans, quòd Gentiles Deo, eiuſque prophe-
Iudæi de- tis eſſent gratiores, meliuſque illis afficerentur,
teſtaban- quàm Iudæi, ac conſequenter illis eſſent præ-
tur Gen- ſtanda beneficia, à quibus illi vtpote immeren-
tiles. tes excludebantur. Hoc autem illorum corda
lacerabat acutiùs, quòd illis diceretur, ſe fore à
Deo deſerendos, qui ad Gentiles tranſiret ſua il-
lis dona largiturus. Hoc illis erat Dei terricula-
Deut. 32. mentum omnium duriſſimum: *In gente ſtulta*
22. *irritabo illos.* Fers moleſtè, ſi ea tibi auferantur,
quæ facis maximi, tuùmque cedunt in honorē
non minimum: at multò moleſtius, ſi tibi dica-
tur, tuis ea danda eſſe inimicis. Gentiles Iudæis
erant inimici ſi vel vlli, illos ſubſannabant ſtul-
tos, inſipidos, ſordidos, nullos, & quibuſcumque
vellicabant, quæ poſſis cogitare, conuitijs: nihil
dici poterat, quod eos grauiùs pungebat, quàm
illis oſtendere, quod ſua Deus beneficia ſubtra-
heret, Gentibuſque tribueret. Hoc adeo ægrè
ferebant, vt etiam ipſi prophetæ, qui Dei præ-
cepto hoc illis intimabant, ſæpiùs illis hæc di-
cerent implicitè. Credoque firmiter, hunc eſſe
verborum Iſaiæ ſenſum, gratiæ Euangelicæ gē-
tibus concedendæ prædicatoris. Gloriam illam
orditur Chriſti prædicare, quæ per eius Euange-
lium ad gentes eſſet transferenda, vix autē pri-
ma protulerat verba, cum ſuper prædicta reuer-
ſus, ſilentium inquit, ne dixeris, taceamus, ſilea-
mus, & noſtrorum taceamus ſcelerum cala-
Iſa.24.16. mitates: *A finibus terræ laudes audiuimus glo-
riam iuſti. Et dixi: ſecretum meum mihi, ſecretum
In ca.10. meum mihi; Væ mihi præuaricantes præuaricati
Epiſt. ad ſunt.*
Rom. vide Quinimo ex his colligit Origenes ſenſum
Leo.Caſtr. illorum verborum Apoſtoli qui ſignans, quod
in c.6.Iſa. Iſaias vocationem prædixerat Gentium, hoc
II. miro præludit, præambulo: *Iſaias autem audet &
Iudæi dicit: Inuentus ſum à non quærentibus me.* Magnā
gentium protulit hæc verba Iſaias audacia, & ex Dei no-
vocationē mine de Gentibus, quod Deum eſſent inuenturi
non ad- prænuntiauit. Hæret Origenes in hoc verbo:
mittebāt. *Audet.* Num ergo tantā opus erat Iſaiæ auda-
Ro.10.20

cia, vt hoc annuntiaret? Erat omnino animus ad
hoc requirebatur audacior: & conſtantior: no-
uerat enim Propheta hoc tantum Iudæis pare-
re faſtidium, vt illum idcirco perdituri eſſent,
ſerraque medium ſecaturi, ſi hoc illis prædica-
ret, vt de facto poſtmodum eos feciſſe noui-
mus; tu iudica, an non pectore illi opus eſſet
fortiſſimo? Qualem ſe, precor, oſtendit filius
tuus, ſi dixerit alter illi, pater tuus te ad xeno-
dochium relegabit, & in filium ſibi Maurum
vel Æthiopem acceptabit?

Non eſt autem minoris ponderis verbum,
quo idem vtitur Apoſtolus, cui videtur tam eſſe
impoſſibile, ſibique repugnans ex humana ra-
tione, vt illud eſſe iudicet, contra naturam. *Con-* Rom.11.
tra naturam inſertus es in bonam oliuam, ſicut
contra naturam eſt, vt oleaſter in bonam inſe-
ratur oliuam. Contrarium vero ſecundum na-
turam eſt, quod bona videlicet oliua inſeratur
aleaſtro. Extollere non poterat ampliùs, quàm
eſſe repugnans, quod gentes, oleaſtro compara-
tæ, ob amaritudinem, ſtultitiam & illegitima-
tionem, quæ Deo reddebant, montuoſæ, ſylue-
ſtres, & quæ nulli rei aptæ eſſent, niſi flammis
lignum aridum, Chriſto eiuſque Eccleſiæ, bonæ
vtique inſererentur oliuæ. Imo & ipſe Petrus III.
(vt notat modernus auctor Anton. Caceres
Epiſc. Aſtaricenſ.) in Cæſarea vt vidit illam im-
mundorum animalium varietatem, Gentilium
figuram, linteo mundo & albo concluſam, quod
Chriſti ſignificabat humanitatem, fidem & E-
uangelium, præcipiente Deo illa comederet ſi-
bique incorporaret tanto derepente horrore cō-
cutitur, vt iudicarit hoc ſibi neutiquam poſſe
mandari, vnde non ſemel ait: *Abſit Domine.* Cum
autem altero die Centurio Gentilis Cornelius
alijs comitatus infidelibus eum conueniret, iam-
que myſterium viſionis intelligeret, nimirum
velle Deum, illos in corpus adſciſceret Eccle-
ſiæ, quatenus Euangelicæ participes gratiæ red-
derentur, declarauit D. Petrus hanc Iudæis di-
uinam voluntatem, quam & continuo Deus
confirmauit: cum enim hæc illis, prædicaret,
deſcendit viſibiliter Spiritus S. ſuper omnes
Gentiles in forma ignis, ſicut in die Penteco-
ſtes. Vt autem hoc Iudæi conſpexerunt obſtu-
puerunt ſtupore magno. *Adhuc loquente Petro
verba hæc, cecidit Spiritus S. ſuper omnes, qui au-
dierunt verbum, & obſtupuerunt ex circumciſione
fideles &c. quia & in nationes gratia Spiritus S.
effuſa eſt.* Mirabantur autem vehementer, au-
dientes illos loquentes varijs linguis, Deum-
que magnificantes. Nec his ſatis, inſuper & hæc
audien-

audientes Apoſtoli ac diſcipuli in Hieruſalem, quod D. Petrus gentiles ad Euangelij gratiam admiſiſſet, non parum admirati ſunt fideles, & adueniente Petro cum illo Iudæi cœperunt altercari: *Audierunt Apoſtoli & fratres, &c. quoniam & Gentes, &c. Cum autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam diſceptabant aduerſus illum.*
Ho.14. in Act. Tranſlatio Syriaca legit: *Litigabant*, & exponit clarius D. Chryſoſtom. dicens: *Offendebantur.* Fuit autem neceſſarium, narraret Petrus oſtenſam ſibi in Cæſarea viſionem, qua ſuam Deus expoſuit voluntatem, vt incorporaret atque reciperet in corpus ſuum Eccleſiæ myſticum infideles, eos occidens in omnibus quæ ad vitam ſpectabant Gentilitiam: quo Chriſti ſpiritum, vitamque conciperent. Et quomodo ſuper eos Spiritus S. viſibiliter deſcenderat, ſicut ſuper nos (inquit D. Petrus) in die Pentecoſtes: *Cecidit Spiritus S. ſuper eos, ſicut & in nos in initio.* Vnde apparet quod illa diſceptatio erat cum Apoſtolis. Tunc autem (inquit) *Recordatus ſum verbis Domini ſicut dicebat* (iam iam in cœlum
Act.11.16. migraturus) *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu* S. q. d. Sicut ad ſuum Ioannes baptiſma fluminis admiſit, non ſolum Iudæos, ſed & Gentiles, publicanos, meretrices, imo quoſlibet indifferenter, nec ſe templo, locoque concludebat determinato, ſed in deſerto liber proprio ferarum habitaculo: ita quoque baptizandi eramus, Spiritu S. nedum Iudæi, ſed & Gentiles, qui illũ quoque gratia reciperent abundantiori. His auditis rationibus, vna fuit omnium concluſio certiſſima, Gentiles in Eccleſiam admittendos dicentes, ſtupore licet attoniti:
Act.11.18. *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam!* Licet autem hæc ita decreta eſſet ſententia, multis poſt annis illam Iudæis prædicans Apoſtolus Paulus; ea intellecta à Iudæis
Act.28.29. deſcritur, non minima inter illos & Apoſtolum oborta difficultate: *Cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter ſe quæſtionem.*
Si igitur poſt tot confirmationes & doctrinas, iam Chriſto mortuo, & experientia teſte, quòd Gentiles eſſent admiſſi ad gratiam, & ſortem filiorum Dei, tantos Iudæi tumultus excitarint: quid putas fuiſſet ſtatim à principio prædicationis Chriſti, cum nihil horum aut vidiſſent, aut audiuiſſent. Hoc igitur illos in Chriſti rationibus tam acriter momordit, vt omnes, velut aſpides exardeſcerent: *Repleti ſunt omnes ira, hæc audientes.* Perpende quòd ad rem ait Salomon:
Prou.25.20. *Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo.* Perfunde nitrum quod inſtar ignis calidum eſt aceto, & ecce flamma exurget voraciſſima. Nec minus, ſi cor improbum, peruerſumque perfundas aceto, ſi reprehenſionem ac monitionem adhibeas ſalutarem, exurget flamma commotionis, atque indignationis ardentiſſima, quæ mortem tibi prætendat infligere. Ita Herodes D. Ioanni, & Cain Abeli mortem intulerunt; vt alibi diximus: *In Synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira*, teſta- Eccl.c.16.7.
tur Spiritus S. Quam appoſitè hæc quadrant epitheta Nazarenis, Synagogæ peccantium, & genti incredulæ; obduratæ. Vide quam diabolicam iræ concitent flammam omnes à maiore vſque ad minimum: *Omnes repleti ſunt irâ*, qui ſpiritu ſatanico furioſi, nullo excepto, in Chriſtum omnes inſurrexerunt: *Omnes ſurrexerunt*, illum apprehenderunt, foras ciuitatem expulerunt, ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas eorum erat ædificata, deduxerunt à ſummo deorſum præcipitandum: *Eiecerunt eum extra ciuitatem.* Erat autem hæc eorum conſuetu- IV.
do, vt blaſphemos, & quoſque ſceleratiſſimos Nazareni
occidendos de ciuitate velut luem contagio- nequiores
ſam, eliminarent. Eijciebant eos, velut impe- diabolo.
tu magnaque vi exturbatos. Hoc modo Chri- *Tract.con-*
ſtum exturbant: ſic namque ſignificat Euan- *tra quin-*
geliſta, dum ait: *Eiecerunt eum extra ciuitatem.* *que hæreſ.*
Ipſis dæmonibus (ait D. Auguſt.) nequiores. *in princ.*
Numquam ad illam aſcendit diabolus auda- *Tom.6.*
ciam, ſed nec imaginationem, vt Chriſtum ex *Matt.4.6.*
alto præcipitaret, dum illum in montis ſupercilium adduxerat, hoc tantum ait: *Mitte te deor-* *In c.14.*
ſum. At horum eſt nequitia ſceleratior, pluraque *Luc.*
præſumit illum ſcilicet ex montis ſupercilio in ima deturbare. Nota, monet Euthimius, quod hoc criminoſo facinore confirment, quod illis Saluator dixerat: quod nulla regio, patria nulla, illum tam vili, tam flocci faceret, quàm propria patria, ſibique connaturales.

Sæpe numero redarguit Redemptor noſter Scribas & Phariſæos, illos inſimulans hypocritas, ſepulchra dealbata, generationem malam, adulteram, peruerſam; At numquam illis in mentem tanta venit impudentia, vt eum deorſum præcipitarét, quod ſi aliquoties eum lapidare decreuerint, hoc egerunt ſub prætextu honoris Dei: dicebant enim, quod illi Dominus noſter ſummopere derogaret iniurijs, & dum in eum conſpirant maleuoli, conſilium conuocant, in quo non omnium idem fuit ſuffragium: nec eius præſumunt mortem machinari, niſi prius Chriſtum in pleno præſentem ſiſtant concilio, quinimo demum offerant Præſidi Ro-

manorum Pilato, ac tandem, (licet aſtutè ac fictè) diei feſto reuerentiam habuerunt. Illi verò, nullo coacto, concilio, conſultatione nulla, nec cauſæ inquiſitione præmiſſa, vt animes omnes non præhabita cauſæ verificatione, iudicij omiſſa diſcuſſione, nec diei feſti religione deterriti, conſpirant turmatim illum educere præcipitandum, & de facto: *Eiecerunt eum extra ciuitatem* &c. Conſidera ſi quid tale regio aliqua intenderit Saluatori. Hoc autem ipſe in animum induxit illos illi cuius erant, relinquere, cum enim iam eum in montis faſtigium eieciſſent, & iam præcipitare conarentur, vires illis enaruauit, elumbos reddidit, vt peruerſum exequi propoſitum nequiuerint, & eorum ſe liberans, manibus: *Per medium illorum ibat.*

§. 23. ***Ipſis Nazarenis ſpectantibus ſe de illorum Chriſtus eripit manibus, dum eum deorſum cogitant præcipitare: cum hoc Deo ſit proprium, præclariora ſua opera facere in oculis inimicorum, qui nec illa poſsint impedire.***

☞ 62. OPinantur aliqui quòd illis ſe Chriſtus reddiderit inuiſibilem, ſpecie quadam cœcitatis, quam illorum oculis offudit, vt eum minimè cognoſcerent. De hac diſputat D. Auguſt. & ait quod Græci illam dicant ἀορασία, ipſe verò *Auidentia*, quæ ſpecies eſt cœcitatis, qua ſic videntis diſponuntur oculi, vt cum res habeat ſibi præſentes, non tamen agnoſcat: *Græci habent ἀορασία, quod magis ſignificant, ſi dici poteſt, auidentia quæ facit non videri, non omnino, ſed quod non eſt opus.* Tali, credit ipſe, percuſſi ſunt cœcitate Sodomitæ: *A minimo vſque ad maximum omnes percuſſit cœcitate.* Cum enim ſe mutuo viderent, domum tamen Lot, eiuſque oſtium inuenire minimè potuerunt obtenebrati. Talis ſpecie cœcitate percuſſit Dominus Regis Syriæ milites, qui capturi venerant Eliſeum nec abſimili Iudæos, quo die illum lapidare feſtinabant, vt dicat Euangeliſta: *Abſcondit ſe Ieſus, & exiuit de templo.* Non abſolutè ſe occultauit, ſed eorum oculis, vt eum videntes non tamen agnoſcerent; eo planè modo, quo ſe duobus diſcipulis euntibus in Emmaus abſcondit quod D. Lucas ſic exponit: *Oculi eorum tenebantur ne eum agnoſcerent,* de quo ex profeſſo D. Aug.

I. Qua cœcitate laborarunt hic Iudæi.

D. Avg. l. 22. de ciuit. cap. 29. & l. qq. in Gen. q. 43. Tom. 5.

Gen. 19. 11.

L. 4. Reg. 6.

Ioan. c. 8. 59.

Luc. 24. 36. loc. cit.

Arbitrantur alij, non eo modo contigiſſe, ſed quod ſuam Dominus oſtenderit potentiam in eo, quod, cum eum iam eſſent præcipitaturi, vires illis ademerit, non ſolum quibus eum præcipitarent, ſed nec eum valerent detinere, eo modo vt illis ſpectantibus per medium illorum tranſiret, non vt puſillanimus fugiendo, nec brachiorum motibus reſiſtendo, ſed greſſu modeſto, velut potens Dominus, qui quod placebat animo, faciebat, ſicque illos delerebat: ſupremum ſanè ſupplicium, quo Deus caſtigat animam: quia ſicut Deo præſente nullum poteſt malum, ſic illo abſente nullum poteſt adeſſe bonum, vt die Lunæ diximus.

63. Similiter dicere poſſumus ſuam in hoc Chriſtum demonſtraſſe potentiam, in eo quod Deo maximè proprium eſſe cognoſcitur; qui cuncta coram ſuis diſponit inimicis eo modo, vt ipſimet hæc attentiſſimo contuentes animo, nedum manus vireſque non habeant, ſed nec ipſe permittat, vt vel minima cogitatio ſubeat animam tale quid audendi, vel impediendi, iuxta illud quod Dominus ait Iob, locutus de diabolo, eiuſque miniſtris atque aſſeclis ſub figura ceti, quòd ipſo ſpectatore & rem attentius ac ſtudioſius conſiderante, laqueo captiuum comprehenderent, velut piſcato homo piſcem ſuſpenſum attrahit: *In oculis ſuis quaſi hamo capiet eum.* Hoc luce clariùs nobis conſtat in hiſtoria Moyſi, in qua res quædam accidit omnem ſuperans admirationem. Moritur in Ægypto patriarcha Ioſeph de regno, ſi quis bene meritus. Poſt aliquot annorum curriculum ſuccedit in thronum nouus Rex qui tot beneficijs ingratus, deleri voluit de terra memoriam Ioſeph: in eum finem Hebræo ſe proponit aduerſarium opponere populo, de familia Ioſeph eiuſque fratrum oriundo. Refert Ioſephus, quòd Regem adierit magus Ægyptius, prædicens, breui puerum in lucem edendum ex Hebræis, qui ſi in perfectam adoleſceret ætatem, Ægyptium peſſum daret imperium. Hoc Regem perculit vehementer præſagium, quocirca generale conuocat concilium: vt intelligat, quod tanto malo congruens darent remedium, & quomodo callida diſſimulatione populum perderet Hebræum: *Venite ſapienter opprimamus eum &c. ne addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra.* Hinc illam capit adeo inhumanam concluſionem, qua obſtetricibus præcipit Ægyptijs, quotieſcumque mulieres Hebræas conuenirent parturientes, ipſo puſione prodeunte ad auras, ſi maſculum notarent, continuo præfocarent, quod illis

II.

gatis

erat perfacile factu: cum verò nec hoc pro votis ſuccederet publico præcone cunctis præcipit, vt quoſcumque recens natos Hebræorum pueros flumine demergerent, ad eius executionem omnem ſuam impendunt induſtriam, adhibentque potentiam. Naſcitur Moyſes, quem domi per trimeſtre detinent occultè parentes. Cùm verò diutius eum non poſſent abſcondere, regis animoſitatem veriti, ſtatuit pia mater puerum fiſcella ſcirpea concluſum fluuio committere: quo decurſu aquarum, ſuper vndas fluctuante, Regis filia Pharaonis Princeps ad oram fluminis obambulans, fiſcellam aduertens, illam præcipit ex aquis attolli, apertaque puerum intuetur Hebræum vagientem, quem nutriri mandat in oculis Patris ſui Pharaonis: & non obſtantibus præmiſſis omnibus, puerum regalibus educat delicijs, & quaſi proprium curat filium. Accidit die quadam, vt puero colludens proprium pueruli capiti imponeret diadema, quod tenellis puer manibus decerpens, in terram deijcit, pedibuſque calcat dedignans. Admirantur omnes pueri facinus, magum

III. Magi Dei consilio frustratur Moyses.

Rex conſulit prædictum, & de portento interrogat: cui ille, Domine mi Rex, puer, de quo prædixi tibi, quòd Ægyptium eſſet euerſurus imperium, ille eſt, quem tot alis delicijs: vnde per totam cœpit hoc verbum Ægyptum diuulgari: ita vt & ipſe Moyſes, omneſque hoc intelligerent Iſraëlitæ: quocirca, teſte D. Stephano; credere cœperunt omnes indubiè, quòd Moyſes illos à Pharaonis eſſet ſeruitute liberaturus: *Exiſtimabant autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis.* Quid expediet, vt agat Pharao non ſemel de illo caſu præmonitus? Quàm nullo poterat negotio perdere puerum; illum nihilominus coram ſe detinet in palatio, eiusque vlteriorem procurat educationem: ſicque cuncta diſponit Deus vt ipſe nutriat illum qui ſuum erat deſtructurus imperium, etiam præmonitus. Nec non illi tribuit præceptores in omni ſcientia verſatiſſimos, qui puerum his omnibus imbuerent, ita vt abundè in omni ſtudio litterarum eſſet promotus: *Instructus in omni ſcientia Ægyptiorum,* inſuper & vno & altero nutrit anno, vſque dum quadrageſimum ageret annum, vt ait Ioſephus, & in arte bellica optimè inſtructus dux ab illo exercitus ſui contra Æthiopes crearetur; quid eſt hoc? quod, adeo ſeriò præmonitus, à pueto illo regnum ſuum euertendum, nedum illum alat, & coram ſe incolumem ſeruet adoleſcentem, ſed & ipſe iuuenem militaribus præ-

Act. 7. 25.

ficiat copijs imperatorem? Hoc ſcito, quotieſcumque Deus vult, coram oculis tuis aliquid habebis, nec illud videbis & ſi videris. cum ſit illud quod tibi adferet ruinam, non tamen agnoſces, quamtumlibet hoc tibi dicatur, impleturque illud quod per Iſaiam dixit: *Claudet oculos veſtros,* & ſequitur illud, quod Dominus ait: *Videntes non videant, & audientes non intelligant.* D. Hieronymus contra errores, Ioannis Hieroſol. nouam huic veritati profert confirmationem, eo ipſo quò contendit probare, quòd *Reſurrectio futura eſt in eadem carne, qua viuimus, eadem ſecundum ſubſtantiam, mutata ſecundum qualitates,* probans quòd Chriſti corpus idem fuerit; errori reſpondet Origenis, & Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani, qui corpus eſſe dicebant aërium: quia: *Ianuis clauſis intrauit, & euanuit ab oculis Cleophæ,* &c. Ait autem D. Hieron. *Quod ab oculis repente euanuit virtutis Dei eſt, non umbræ, & phantaſmatis. Alioquin & ante reſurrectionem, cum eduxiſſent eum de Nazareth, vt præcipitarent de ſupercilio montis, tranſiuit per medios, id eſt elapſus eſt de manibus eorum. Numquid iuxta Marcionem dicere poſſumus, quod ideo natiuitas eius in phantaſmate fuerit, quoniam contra naturam, qui tenebatur, elapſus eſt: Quod magis licet, hoc Domino non licet? Apollonius Tyanæus ſcribitur, cum ante Domitianum ſtaret in conſiſtorio, repente non comparuiſſe,* ſicut magus fecit, virtute diabolica. Si ergo poſſit illud in alieno corpore diabolus, Dominus idem in proprio non poterit? Erat (inquit) Apollonius Tyanæus. *Pythagoricus philoſophus, & Rhodi vixit, floruit ſub Veſpaſiano.* Plutarchus illum aſſerit Ciceronis, Cæſariſque condiſcipulum: *Cuius vitam Philoſtratus ſcripſit mendacijs & fabulamentis plenam, fictam enim magna ex parte fuiſſe proditur, vt celebrem aliquem magnum philoſophum haberent Gentiles, quem Christo Saluatori mundi opponerent, & vera miracula ac diuina, falſis diabolicisque magi huius ſignis exterminarent, Romæ magno fuit in pretio,* &c. Poterat equidem Redemptor noſter corpus ſuum reddere inuiſibile, licet in caſtello Emmaus, (inquit D. Hier.) illum à diſcipulis agnitum non fuiſſe, hoc fit, quod ait Euangeliſta: *Oculi eorum tenebantur,* &c. Et poſtmodum: *Aperti ſunt oculi eorum. Cognoſcere enim, & non cognoſcere oculorum fuit, non eius quod videbatur.* Valetne humor quidam phreneticum occupans illi notitiam auferre præſentium? Clarum eſt, quod hoc ipſe Deus poſſit melius efficere. Refert ibidem D. Hieron. multa fabuloſa, quæ Gentiles vt veriora credebant,

Iſa. 6. 9. 3.
Mat. 13. 14.
D. Hier. Epi. 61. ad Pamach. Tom. 1.
Tom. 10. D. Hier.
IV. Qua ratione Chriſtus intrauerit ianuis clauſis.
D. Hier.
V. Apollonij vita plena fabulis.

de Carneade qui quædam demonſtrabat, ita vt diſtincta viderentur, & de lynceo, ex quibus dilucidè probat, non fuiſſe Chriſto impoſſibile, quo ſuam declararet potentiam, medium tranſiret per circumſtantes Nazarenos, ipſis etiam ſpectantibus, & cœnaculum ingredi: *Ianuis clauſis*, vt neceſſe non ſit, dicere, Chriſtum habuiſſe corpus plantaſticum, vel aërium, ſed cum verum eſſet corpus, in illo poterat iſta mirabilia operari. Si namque Gentiles de hominibus figmenta crediderint, quid hoc adeo multum, hæc omnia eſſe credibilia, de Deo homine, cum ſit ipſa veritas.

64 Cæleſte pando myſterium, quod conſiderare ſoleo, vt quibuſdam reſpondeam, à quibus impoſſibilis illa iudicatur hiſtoria, quam totum noſtrum Aragoniæ regnum vt veriſſimam celebrat maximeque glorioſam de miraculoſa fundatione S. Sacelli, ac ſanctuarij cœleſtis B. Virginis de columna Cæſar-auguſtæ. Tum certus eſt, D. Iacobi in Hiſpaniam aduentus, vt quid ſecuriſſima traditione confirmatum: vbi namque hæc interuenit nihil aliud fortius requirendum argumentum, vt antiquus ille dixit Tertullianus: *Traditio eſt, nihil amplius quæras*. Hanc dum ſua perluſtrat Apoſtolus prædicatione, Cæſar-auguſtam venit, cui vt nobiliori atque illuſtriori totius Hiſpaniæ ciuitati, paulo ante Cæſar Auguſt. ſuum impoſuerat nomen: hic aliquos ad fidem adduxit diſcipulos, paucos autem in tota Hiſpania fidei ſubdidit Chriſtianæ, quorum numerum alij ad ſeptem, alij ad nouem tantummodo reuocant. Hoc mihi in ore frequenter, hanc in Hiſpanis impleri philoſophi ſententiam, quam ipſa confirmat experientia: *Blanda facilè recipiunt, & faciliùs dimittunt; dura difficilè recipiunt, & difficiliùs dimittunt*. Blanda quaſlibet de facili recipiunt figuras imprimendas, & eadem illas dimittunt facilitate; dura verò contrariè, non niſi difficulter quælibet recipiunt, ſed nec niſi dimittunt eadem difficulter. Satis leuiter arenæ littera, ſeu quælibet imprimitur figura, at quæ leui ventorum flatu diſſipatur, idem in aqua: rupi verò vt illa inſculpatur, hoc opus, hic labor: at iam inſculptam illam licet totis contendas neruis, non erades. Teſtatur D. Hieron. Hiſpanos eſſe duros, melancholicos, aſperos, non excitatos, non faciles, vt aliæ nationes. Vnde deſcribit illos Ezechiel propheta, pariter & Iſaias illos vocat gentem terribilem, duræ ceruicis, vt alias diximus, nec diffiteri poſſumus: & nationes alias, nobis eſſe excitatiores, voluptatum, deliciarumque magis amatores, affabiliores, benigniores, & quantum exteriùs patet eſſe mitiores; ſicque faciliùs doctrinam Euangelij fidemque receperunt: quàm primum enim ad illas appulerunt Apoſtoli, milleni & milleni ſua dabant nomina Redemptori: Porro eandem quoque citius fidem deſeruerunt. Et quantum ex hiſtorijs colligimus: vnus integram conuertit Prouinciam Apoſtolus, & alius aliam. D. Bartholomæus minorem Armeniam, D. Matthæus Æthiopiam. D. Simon Meſopotamiam. D. Iudas Thadæus Ægyptum, D. Ioannes Epheſum. D. Paulus alias prope innumeras. D. autem Iacobus adiens Hiſpanos paucos admodum Chriſto conciliauit. Aliæ verumtamen Prouinciæ, quæ nullo negotio fidei colla ſubdiderunt eo & fidei iugum excuſſerunt, vt vix aliqua ſuperſit eiuſdem vel parua memoria. Hoc autem Hiſpanis dignum laude tribuitur, hanc ei coronam appendimus, quod ſi non niſi arduo labore prædicatum ſibi, ſuſceperunt Euangelium, at verò à iam ſemel ſuſcepto, numquam defecerunt, numquam fides illis Catholica puraque defecit, vt illam nec omnis in vnum conflata poteſtas inferni, nec immaniſſimi tyranni, nec imperij Romani belluina feritas, totiuſque mundi potuerit ſuperare perfidia. Illam tanto fundauit ſudore D. Iacobus, vt ad finem legationis ſuæ in Hiſpaniam, nouem ſolummodo ſit Chriſto lucratus: qua de cauſa, cum mœrore contabeſceret, ac noctibus ad ripam fluminis Hebri cum illis ſe ſecreturus, vt tum temporis mos inoleuerat, ſicut alio tangimus loco, ob tam exiguum de prædicatione ſua prouentum, doleret animo perterſus, Ecce illi repente cœlorum regina apparet, licet adhuc vita circumdata mortali, Angelico perducta per aëra miniſterio, eorumque ſocietate comitata, columnæ inſidens ex lapide laſpide, mœrentemque blandijs ſolatur, ne triſtis animum abijciat, perpenderet autem, quod ſæpenumero, licet grana terræ mandata pauca ſint, meſſis tamen ex his colligatur ditiſſima, ſicque ſibi, ne dubitet, aſſerit euenturum, nimirum, quòd ex illis paucis diſcipulis, principium duceret per totam Hiſpaniam fidei meſſis nulli comparanda. Ad huius autem promiſſi certitudinem iubet illa eo in loco ſibi in honorem extrui ſacellum, quod omnium, quæ mundus nouit, primum eſſe perhibetur, illo columnam includens, fortitudinis, ac perenne memoriale ſtabilitatis.

Ex hac viſione dedit D. Iacobus huius Sanctuarij ædificationi principium, vt ab illo tempore

TERT.

VI. Origo ſacelli B. Virginis de columna Cæſar auguſtæ.

pore

poretam ſtabilis atque inconcuſſa, manſerit in Chriſtum fides Catholica, cultuſque piſſimæ Matris Mariæ, vt poſtmodum numquam ab illa defecerit; illi numquam Sacerdotes abeſſent, ſacra facturi, numquam illi fideles, qui quod hominis eſt Chriſtiani, toto ſtudio complecterentur, ita vt illam diabolica numquam euertere potuerit potentia, licet in hoc vnanimes conſpirauerint, & hinc omnes diaboli, & illinc imperij Romani tyranni ſæuiſſimi. Cum enim illa belluinæ portenta feritatis Diocletianus, & Maximianus toto fidem, Chriſtique nomen mundo exturbare toto laborarent pectore, ſcirent autem fidem nullibi frequentiorem, puriorémque, quàm in Hiſpania conſeruari, deſtinarunt illo efferatæ ſæuitiæ virum Hiſpaniæ præſidem Dacianum. Quàm primùm hoc ille venit, quis numerum recenſeat martyrum, quos gladio cædente cœlo tranſmiſit inuictiſſimos? Vt autẽ intellexit Cæſar-auguſtam multitudine frequentari Chriſtianorum, ſi e conſtantiorem, eò velociter accurrit, ſedemque figit, vbi tantam inuenit Chriſtianorum multitudinem, eoſque in fide adeo pertinaces, quorum tantam martyrio affecit frequentiam, vt cum numerum excedant, illos Eccleſia vocet innumerabiles; ſed nec tanta potuit fidem eruere barbaries, quæ ſalua ſemper illo in Sacello viguit & illibata. Sed nec poſtmodum irruentibus Mauris, totaque perdita Hiſpania, captaque Cæſar-auguſta, hoc vnquam potuerunt demoliri Sanctuarium, diuerſis licet vicibus, at irrito conatu, eius illi attentarint euerſionem.

VII. Eiuſdē Sacelli miraculoſa cōſeruatio. Refert autem modernus Auctor, quod virgo puriſſima locum illum ab execrabili illa hominū fœce defenderit, omnes ad vnum occidens, qui hanc Sacello ſuo calumniam inferre nitebantur: accedentes enim repente mortui in terram corruebant: longè efficacius operante diuina illa arca, quàm olim legalis illa huius figura, cunctos irreuerẽter approximantes interficiens. Quidam huius ſe veritati opponit hiſtoriæ, dicens, prædicta licet credat quæ de Mauris euulgantur, attamen non eſt vt fieri poſſit, intactum tempore Daciani, Sanctuarium potuiſſe conſeruari, qui ea venit intentione Cæſar-auguſtam, vt totum erueret Chriſtianiſmum, & ibidem tamdiu eo animo reſederat. Nam aut huius Sanctuarij aliqualem habuit notitiam, aut non. Dicere verò, quod nullam habuerit, cum tam in omnium oculis ac maniſeſtè conſtructum videretur, vt illud abſcondere velle, poſſibilitati contradiceret, nec arcæ concludi poſſet, contradictionem inuoluit. At fateri, quod eius habuerit notitiam, intactumque reliquerit, ob rationem prædictam, maiorem inuoluit rationem impoſſibilitatis, atque incredibilitatis. Multæ huic dari poſſent reſponſiones argumento, illaſque diuerſas producunt Auctores, huius Sanctuarij defenſores: His vnam ſuperaddo, deſumptam ex doctrina quam prius vt fundamentum ſtatuimus: ſcilicet, dum Deus aliquid decreuit illæſum conſeruare, ſic cuncta diſponit, vt illud præ oculis habentes eius aduerſarij, cuius machinantur euerſionem, illam minus poſſint impedire, aut euertere, ſicut in illo conſtat apertiùs, quòd de Moyſe præluſimus nec non in hodierno Saluatoris actu: cum enim in eum furerent inimici, diabolica cuncti malitia cõmoti, quo manus illi violentas injiciant de monte præcipitaturi, inter illos medius, velut ambulans pertranſibat, qui cæteris erant animoſiores. Hoc enim eſt (*Per medium illorum ibat*) vt nec vnus quidem tentaret vel brachium extendere quo captiuum illum comprehenderet. Hoc autem nunc agit ſuæ defenſor auctoritatis, quod tempore Daciani materni honoris faciebat propugnator. Chariſſimi, Deo quæ Dei ſunt, reddamus, ex parte etenim ſua nobis non deerit effuſus; ſua nobis liberalis tribuet beneficia, gratias, dona, quibus gloriam mereamur æternam. Amen.